



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)



Th. 2965

✓

Tot tibi sunt dotes, ^{Virgo} quot sidera
coelo. Hic versus verbi potest,
salvo sensu et heroicis carminis
lege millies bis, et vicies.

Ex Munifica liberalitate
Reverendissimi ac per Illus-
tris Domini. Friderici Mor-
diani a Kanne. Cathedralis
Ecclesiae Paderbornensis
Thesaurarii et Canonici
Capitularis servit hic lib-
er ad Vsum. P. Gothardi
Hildesiensis. Capucini
Anno 1710. Calendis. Maij:

Wan du in Creutz undt Nöeten
bist ~ schaw Maria deine
Mutter ist. ~ Darum zu ihr
schreie mit Vertrauwen
Gewis wirdt sie dich baldt
anschaw. ~ ~ ~

A R S
BONÆ MORTIS.

Sive :

Q U O T I D I A N A
E R G A S A N C T I S S I M A M
D E I M A T R E M

M A R I A M

P I E T A S

:Ad omnia quidem utilis.

*Ad felicem tamen mortem obtinendam
utilissima.*

A R. P. GABRIELE HEVENESI
Societatis JESU Sacerdote
proposita.

SODALITATI DOMINORUM
B. M. V. Annunciatae
Xenii loco dicata.

Cum Facultate Superiorum & Privilegio Casareo.

Colonia Agrippina,

Typis JOANNIS ALSTORFF. 1709.

Omni die dic

M A R I Æ

mea laudes anima.



Nulla dies sine linea.

S. Eberhardus Comes, libentissime concedebat, quæcunque Mariæ nomine à se petebantur. Nec minus liberalem is in se Virginem est expertus, visus enim est post mortem cœlesti nectare recreari, & in sinu Deiparæ foveri. *Nad.* Qui Mariam vult experiri Matrem, prius Filius esse conetur.

S. Eberharde per tenerum & filialem illum, quo in Mariam ferebaris, affectum te rogo, mei nunc memineris, ut inter ultimas Mortis angustias, ubi siccabuntur labra, à Maria refocillari merear, sicut tu visus es ab illa cœlesti nectare potari. Gustus posthac meus, & omnis delectatio in cœlis erit. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum, pridiano crastinum festum jejuniis præveniam.

Dedit te Deus, ô Virgo! hominibus & naturæ nostræ in reparationem, inferiori creaturæ in liberationem, sibi in Matrem, dæmonibus in hostem, detentis in limbo in reparationem. *B. Petr. Dam. ser. de Ann.*

Quæstio: An Joseph Deiparam fuerit comitatus ad Elisabetham. *v. Barrad. l. 8. c. 5.*

O Sanctissima DEI; & mea, Mater pretiosissima / ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimū vitæ spiritum, quantum possibile erit: placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum JESU Filii sui sanguinem, per Immaculatam Conceptionem tuam, & per hodiernorum, ac omnium Sanctorum cultui tuo addictorum amorem suppliciter rogo, ut me, non obstante peccatorum meorū mole, in filiū assumere, hodie in omnibus actionibus regere, ac ab omni peccato immunitatem impetrare digneris. Tibi corpus & animam, omnia diei hujus verba, cogitationes & opera dimissimè offero, tu ea Filii tui, tuis, & omnium SS. meritis unita æterno Patri præsentata, ut per ea, ac tuam ô clemens, ô pia, ô dulcis Mater intercessionem felicem ex hac vita exitum & beatam æternitatē merear obtinere.

Hoc idem mihi impetrare: Virginee SS. Virginis Sponse S. Joseph; S. Joachim, S. Anna, & quotquot aliquā cum JESU & MARIA cognatione conjuncti estis.

Omnes Sancti specialiter à Dei Matre dilecti, Vósque imprimis quibus hodie mortuis opem illa tulit, omnesque Sancti illius diei, quæ mihi agonizanti ultima erit.

II. JU.

Joan
Ioan
Iaco
Iaco
Sim.
Jud.
Sim.
elisa
Mar
cleo
Mar
Salo

S. Otto Bambergensis Episcopus, vir misericordiarum, qui pauperum urbis suæ catalogum habebat, ut nullus à se indonatus esset, ab infantia Deiparæ consecratus, etiam major ei summè addictus Templum Weyerense ejus honori consecrat, annuísque ad ejusdem laudes continuandas redditibus dicat, infinitis modò claret miraculis. *Balin.* Cessat ibi sterilitas, ubi Maria regnat.

Sanctissima Virgo Mater prædestinatorum, æternitatis Beatæ pignus, vita morientium, quæ hodiè Joannem, necdum natum, originalis peccati nexibus liberâsti, adesto mihi denascituro, ut priusquam vitâ excam, peccatorum meorum vinculis expediar. Visita me gratiâ tuâ, & quod peto, indubiè obtinebo. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibûsque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum cordis hodie peregrinationem instituem, & celeberrimas per orbem icones Virginis thaumaturgas affectibus invisam.

Maria est omnium hominum Mater geniturâ & curâ, quia unum hominem genuit, per quem omnes recreavit, seu regeneravit. *S. Antonin. 4. p. lib. 15. c. 20.*

Quæstio: An Elisabeth revelatione didicerit in Beatiss. Virgine Verbum esse incarnatum, an ex eadem intellexerit? *v. Barrad. hic.* III.

S. Clara Regis Æthiopiæ filia, Ordinis S. Dominici, plerumque flexis ante iconem Deiparæ genibus orans reperiebatur, ut ei similior plus placeret, votum vovit Virginitatis; hanc ut certius tueretur, Religionem ingressa severe corpus castigavit. A Jesu & Maria quotidie visitata, & togâ pretiosâ è materia cœlesti amicta est. *Razzi in Hist. Æth.* Prima stola gratiæ nunquam temerata hanc vestem meretur.

S. Clara quam Deus è gentilitatis nocte non modò ad lumen veræ fidei, sed & ad tantæ sanctitatis splendorem vocare dignatus est, ora pro me, ut ubi oculis meis tenebras mors affuderit, Maria mihi gratiâ suâ subveniat, & inter vestitos veste nuptiali constituat. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum aliquam Urbis hujus, quam incolo, celebrem Mariæ iconem invisam, & salutabo, si remotiorem adire nequeam.

Causa formalis nostræ recreationis est Beatissima Maria, quia omnibus suæ Deiformissimæ conversationis speculum & exemplum est *S. Antonin. 4. p. tit. 15. c. 20.*

Quæstio: An Elizabeth ipsa, vel per ipsam Joannes ex utero Deiparam salutaverit? *v. Theophil.*

S. Elisabeth Regina Lusitaniæ, quadraginta dies Mariæ Assumptæ festum præcedentes, quot annis jejunio, & pridianos Marianarum festivitatum dies pane & aquâ toleravit. Pro bona morte quotidie officium Deiparæ recitabat, eò affectu, ut morienti Virgo adfuerit, quam hæc illis verbis : *Maria Mater gratia &c.* salutans expiravit. *Nad. an. Cæl.* Imò tunc primò vivere cæpit.

S. Elisabeth, cui summa semper egenorum cura fuit, tibi animam meam omni virtutum & meritorum ope destitutam commendo: Pro ea apud Cœli Reginam ora, ut quod meritis meis deest, ejus, tanquam munificentissimæ Reginæ apud filium intercessione suppleatur. *O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities &c. fol. 190.*

Ad quod impetrandum familiarem mihi faciam hodie aspirationem illam: *Maria Mater gratiæ Mater misericordiæ*, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

Cùm omnia per Mariam sint recreata, & per eam renovata, Matrem eam debent reputare, eamque super omnia, & super omnes creaturas venerari. *S. Antonin. ib.*

Quæstio: An Joannes in prima Deiparæ salutatione usu rationis donatus, in eodem usu perseveraverit? *v. Barrad.*

S. Wilhelmus è Bavariz Ducibus ortus, Abbas Hirsburgiz, dum Romæ æger, ac à medicis depositus decumberet, suorum manibus ad Aram Deiparæ deferri petiit, ubi fiduciâ in Deiparæ bonitatem fretus, sanitatem integram, ut petiit, impetravit. *Ranbeck.* Nonne anima plûs est, quàm corpus.

S. Wilhelme Mathematicæ, & orator eximie perora pro me ac persuade, ut animæ meæ morbis ac vulneribus heu nimiùm periculosis sauciæ, illius opitulatrix manus succurrat, quæ languentium medela, & afflictorum salus est Maria. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilem & actualium creaturarum &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: In honorem sex personarum, quæ in visitatione B. V. fuerunt, nempe Jesu, Mariæ, Joseph, Elisabeth, Zachariæ, S. Joannis, toties Magnificat geminabo.

O Virgo quoniam auditui tuo datum est gaudium & læritia, audiamus & nos à te responsum læritiæ, quod desideramus, *S. Bern. ser. 4. sup. Miss.*

Quæstio: An Beatissima Virgo manserit apud Elisabeth usque ad Joannis Nativitatem? *v. Barrad.*

S. Mechtildis Virgo amanti Mariano innu-
trita, nunquam ridere visa, præterquam in
agone, dum nempe ab Angelo Cœlesti Epulo
reficeretur, quo eodem in articulo Deiparam
sibi adstantem Angelicâ salutatione venerata,
plena solatiis occubuit. *Nad.* Ubi bona con-
scientia, semper est lætitia.

S. Mechtildis tuo exemplo inanibus vale-
dico risibus, & levitatem sanctâ compunctio-
ne commuto: Ora pro me Deiparam, ut ubi
ex hac valle lachrymarum evocabor, illius
intercessione gaudio afficiar, quod mihi pariat
conscientia labis omnis immunis. O Sanctif-
sima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N.
indignissimus filius tuus ex toto corde, omni-
bûsque tam corporis, quàm animæ viribus
centies millies, imò infinities te saluto: te om-
ni possibili omnium possibilium & actualium
creaturarum affectu amare, tibi usque ad ul-
timum vitæ spiritum, quantum possibile erit,
placere & servire desidero &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Vel ægrum, vel
pauperem, certe inferiorem me, in Deiparæ
honorem invisam, eidem obsequium præsti-
turus, aut saltem operam oblaturus.

Responde jam Virgo sacra, assensum tuum
Angelus præstolatur. Fides tua modo aut ape-
rit aut claudit cœlum. *S. Aug. s. 7. de Nat. V.*

Quæstio: Quo gradu cognationis Deipara
conjuncta fuerit Elisabethæ.

S. Wilibaldus sacrâ cognatione felix, Patrem S. Richardum, Fratrem S. Wanebaldum, Sororem S. Walburgam, Avunculum S. Bonifacium habuit, ille adhuc triennis parvulus æger à Parentibus Regibus Deiparæ oblatum, ut ei se totum consecraret. Religionem ingressus, secum eodem Parentem suum Regno abdicato adduxit. *Nad.* Hæc vera est in Parentem pietas, dum eum cœlo gignimus.

S. Wilibalde cum sancta generatione tua orate pro me Deiparam, ut memor fragilitatis & miseræ meæ in fine vitæ me non derelinquat, sed quod multis peccatoribus etiam prodigiosè præstitit, in peccato mortali & disgratia DEI ex hoc sæculo discedere non permittat. O Sanctissima &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Dicam 10. Pater & Ave in memoriam decem Virtutum B. V. in visitatione exercitarum: 1. Humilitatis, 2. Zeli animarum, 3. Charitatis proximi, 4. Constantiæ, 5. Pietatis, 6. Gratiitudinis, 7. Misericordiæ, 8. Mortificationis, 9. Orationis, 10. Patientiæ.

MARIA suo assensu, quem dedit Angelo, Angelis omnibus exultationem præbuit, captivo sæculo opem dedit, dæmones universos exterruit. *D. Laur. Justin. ser. de Annunt.*

Quæstio: Quomodo mutus Zacharias Deiparæ sensus suos aperuerit, dum hæc in ejus domo commoraretur?

S. Theobaldus è vano Juyene Abbas Sanctus, cui Beatissima Virgo se videndam præbuit, & ut in extasi contemplatione Sanctissimæ Trinitatis frueretur, effecit, salutans sanctissimum Sacramentum semper pro gratiis **MARIÆ** datis **DEUM** benedicebat, quod sibi multum placere **DEUS** miraculo exhibuit. *Nad.* Gaudet Filius honore Matris.

S. Theobalde ora pro me, ut qui te in vanitate secutus sum, sequar etiam in sanctitate, ut tuo exemplo pariter ad vitam austeram me componam, sicq; delicta juventutis, & ignorantias meas expiem, & agonem mihi felicem reddam. O Sanctissima **DEI**, & mea, Mater pretiosissima! ego **N.** indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilem & actualium creaturarum affectu amare, tibi usq; ad ultimum vitæ &c. *fol. 19.*

Ad quod impetrandum: Obibo precibus cœlestes Sanctorum ordines, Marianum ab iis amorem stipis locò emendicaturus.

Plus meruit Gloriosa Virgo unico illo consensu Conceptionis Filii **DEI**, quàm omnes creaturæ, sive Angeli, sive homines in cunctis suis actibus, moribus & cogitationibus. *S. Bernardin. sen. 10. 4. ser. 6. c. 3.*

Quæstio de causa festinationis, quâ **MARIA** Elizabetham in visit? *v. Sylveir.*

S. Landrada Virgo, in loco, quem iteratus Angelorum concentus designavit. Templum honori Beatissimæ Virginis condidit, & propriis ipsa manibus lapides levando decem operarum partes explevit. Defunctæ corpus Bellyfiâ Wintershofium ad tumulum Angelorum ope est transportatum. *Ranbeck.* Tam nobiles virgo corpus vespillones meretur.

S. Landrada, cujus corpus integerrimum curârunt Angeli, de corpore non vivo sollicitus, ora tantum mecum Reginam Angelorum benignissimam, ut animæ meæ curam Angelis suis committat, hi eam contra spiritus infernales protegant, & corporis ergastulo egressam in cœlum transportent. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum in memoriam novem mensium, quæis Cbristus in utero Virgineo latuit, toties cum MARIA repetam: Magnificat anima mea Dominum &c.

Meruit MARIA, quòd sit stella maris, porta cœli, & super omnia Regina misericordiæ nuncupetur, ac talis nominis consequatur effectum. *S. Bernardin. Sen. 10. 4. serm. 6. c. 3.*

Quæstio: An S. Joseph enim Deipara manserit in domo Zachariæ usque ad Joannis natiuitatem? *v. Vitam Mariæ de JESU p. 2. l. 3. c. 17.*

X. JULII.

S. Amelberga, Vidua, desiderasset amore Dei paræ virginitatem voto firmare, sed à Pipino Rege ad matrimonium coacta monitore Angelo didicit : Filiam sibi nascituram quæ matris propositum expletura sit, quod & factum in S. Gudula, *Vita*. Sæpe voluntas operis vices subit.

S. Amelberga ora pro me MARIAM, ut per ineffabilem misericordiam suam, & virgineū partum suum, eripiat animã meam in ultima hora egressionis ejus à corpore, ab omni potestate & invasione dæmonum, ne æternis deputetur incendiis. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilem & actualium creaturarum &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum : dum ipse orare, aut aliud obsequii Mariani genus impeditus hodie præstare non potero, alium vices meas obituum substituiam.

Ecce MARIA qualis Dominus, quàm piissimus, quàm misericordissimus Dominus, qui tecum est, & quia misericordissimus Dominus est tecum, ideò & tu es misericordissima secum. *S. Bonav. sup. miss.*

Quæstio : An meâ propriâ, an alienâ me sanctioris, per me procuratâ oratione faciliùs à Deipara aliquid possim impetrare?

S. Hidulphus Othiliâ Ducis Filiâ cæcitati erepta mirabilis, ut majori cum otio Deiparam amare possit, viginti octo annis ante mortem de ejus die edoctus, Archiepiscopatu Trevirensi deserto Eternum adiit, ibidem ædem Dominæ suæ molitus, multos in sui sequelam traxit. *Ranbeck.* O beata solitudo, ô sola beatitudo, ubi major cum Deipara societas!

S. Hidulphe qui ægros, quicumque tuam openi flagitabant, sanitati restituisi, habes artis & charitatis materiam, animam meam tot morbis quot vitiis & passionibus languentem, cura eam ut vivat æternum, & cominuent tuam meamque Dominam æternum glorificet. O Sanctissima DEI, & mea Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum, quadrantem ut minimum destinabo hodie, quo in solitudinem me recipiam, MARIÆ affectibus vacaturus.

Solium Divinæ misericordiæ, est Mater misericordiæ, in qua omnes inveniunt solacia misericordiæ, nam sicut misericordissimum Dominum, ita & misericordissimam habemus Dominam S. Bonav. de Ann. V.

Quæstio: An Beatissima Virgo plus in solitudine, an palam vixerit?

S. Joannes Gualbertus remissâ ob amorem Crucifixi injuriâ dæmonem à moribundo fugavit; sed & Deiparam cum Sanctis Petro, Paulo & Benedicto sibi morienti præsentibus habere promeritus est. *Nad.* Equum est, ut misericors misericordiam consequatur.

S. Gualberte ora pro me Deiparam, ut cujus unigenitum toties peccatis meis, heu pudet dicere! Crucifixi, mihi parricidæ pessimo crimen ignoscat, & mortis, quam æternam meritus sum, per suam magnam misericordiam, à Filio veniam impetret. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tant corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Examen hodie Particulare de mansueto cum proximis procedendi modo institutam, sæpiusque dicam ad Beatiss. Virginem: *Nos mites fac, & castos.*

Bene Misericordia Virginis comparatur nubi, quia velut nubes misericorditer abscondit peccatores ab ardore solis, ita hæc ab ira Filii. *Rich. 2 S. Laur. l. 4. de laud. V.*

Quæstio: Cur Evangelistæ omiserint in ultima cæna præsentiam Beatissimæ Virginis. *v. Barry. Ann. Mar. c. 18.*

S. Joannes Papa hujus nominis tertius Monasterium Sveffionense, quia honori Mariano dicatum erat, variis ornavit Privilegiis, exemita à tributis etiam pro bello colligendis; illudq; omni jurisdictioni exemptum sub Romanæ sedis protectione voluit esse. *Ballin.* Nihil nempe Marianum communi legi subiectum.

S. Joannes ora pro me MARIAM, ut me potestati & jurisdictioni dæmonis, in quam ego me toties infans conjeci, clementer eripiat, ne potestas inferorum adversus me prævaleat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: cum Gerson hodie parvulum aliquem aliquid è cultu Mariano edocebo, ut ex ore infantium ejus laus perficiatur.

MARIA tripliciter adjuvat peccatores. Impetratoriè si non meritoriè propter statum; commissivè per aliquos Angelorum vel Sanctorum, cooperativè per principalem sui donationem. *Gerson. tr. 6. in Magnif.*

Quæstio: An Beatissima Virgo in ultima cæna cum Apostolis Sacrosanctam Eucharistiam sumpserit, v. *Metaph. de dormit. V.*

S. Bonaventura quantus amator Virginis fuerit, Psalterio de eadem composito est testatus, quod legendum Deipara Cœlestino cuidam Monacho suavit. In Divum Lucam libentius lucubrationes scripsit, quod is de Virgine Beatissima plura suggeret. Sonitu æris campani populum ad MARIAM salutandam evocabat. *Gen. ad an. 1275.* Pudeat humanas ferreis linguis duriores esse in Virginem.

S. Bonaventura, qui Sanctissimam Eucharistiam pectori tuo admotam amabilissimo miraculo cordi inseruisti, ora pro me apud Deiparam, ut illum immortalitatis panem ita in viaticum suscipiam moriens, ut JESUS in me, & ego in JESU habitem in æternum. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum Psalmis hodie recitandis, S. Bonaventuræ exemplo, Ave Maria præmittam.

Cœlum est MARIA, terra est MARIA, abyssus est MARIA in bonitate & misericordia profundissima. *Bonav. in spec. c. 5.*

Quæstio: An Deipara sciverit ante ultimam cœnam instituendam esse Sanctissimam Eucharistiam. *v. Barri Ann. Mar. c. 18.*

S. Henricus Urbem aliquam ingressurus, ante omnia ædem Marianam adiit, in ea non raro noctes integras transigens, dum Romæ in Templo MARIÆ Majoris vigilaret, à Beatissima Virgine missum per Angelum pacis osculum accepit. Virginitatem cum Cunegunde Uxore servavit. *Nad.* Pulcherima hujus Cæsaris victoriarum est Cupido victus.

S. Henrice, cui vox de cælo resona, *Post* sex te ad solium & coronam evocavit, ora pro me, ut ubi nescio an ante, vel post, aut post quot sex mortis meæ hora ingruerit, ejus auxilio, & tuâ intercessione paratus inveniar. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum, si occasio dabitur, nocte Templum Marianum versus me convertam, eam veneraturus.

Potest MARIA cuivis in suo exitu præsens consolatrix ductrix, & protectrix existere. *Gerson tract. 6. in Magn.*

Quæstio: An Deipara post institutam Sanctissimam Eucharistiam quotidie communicaverit? *v. Barri Ann. Mar. c. 17.*

S. Vitalianus ad Episcopatum evectus, invidiosos reperit, qui vestibus ejus nocte sublatis foemineas substituere, quas cum minus observans indueret, irrisus, in exilium actus, verum à calumniis divinitus vindicatus, ad Episcopatum iterum revocatus, Deiparæ templum erexit. *Fest. Mar.* Ab hominibus illusus ubi spem firmaret, edoctus.

S. Vitaliane ora pro me, ut ubi mortalitatis hujus vestem, & corpoream sarcinam, quæ aggravat animam exuero, hanc à perpetuo illo exilio liberet misericordissima Virgo, unde nulla redemptio. O Sanctissima DEI, & mea Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum, ut Ignatius Azebedius Societatis JESU etiam mortuus iconem Deiparæ manibus eripi non sustinuit, ita eam frequenter hodie manu versabo.

Prorsus nova Mater MARIA, quæ novitatem attulit Filiis inveteritatis, vitiúmque sanavit tam ingenitæ, quàm superadditæ vetustatis. *Guer. Ab. ser. 1. de Nat. Vir.*

Quæstio: An B. V. in utero per propriam dispositionem sanctificata fuerit, an sine ea?
v. Suarez de B. V. disp. 4.

S. Alexius multis precibus per Deiparam à Parentibus exoratus, sponſus nocte nuptiarum fugit, ut **MARIÆ** Virginitatem imitaretur. Edessæ in templi porticu degens, Beatiſſimæ Virginis alloquio recreatus, & proditus Romam rediit, ubi ſeptemdecim annis in Domo Paterna occultus ſub ſcalis delituit. *Surius*. His gradibus itur ad Aſtra.

S. Alexi Virgo, Sponſe, qui opes, ſtemma, thalamos, omnia **DEI**, ejus Matris & Puritatis amore deſeruiſti, doce me ita amare caduca terreſtria, ut per hæc æterna non amittam; doce me affectu illa prætiſ quàm corpore deſerere, doce demum abjectum vivere in magna hac Dei Dome. O Sanctiſſima Dei, & mea, Mater prætioſiſſima! ego N. indigniſſimus filius tuus ex toto corde, omnibûſque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te ſaluto: te omni poſſibili &c. *ſol. 192.*

Ad quod impetrandum: A primitiis alicujus fructûſ proximè abſtinebo.

Bona eſt **MARIA** hominibus, quia per ipſam habent Redemptorem, Bona peccatoribus, quia per ipſam conſequuntur veniam, Bona Juſtis, quia per ipſam obrinent perſeverantiam. *S. Vinc. Fe. ſer. 2. de Nat.*

Quæſtio: An Beatiſſima Virgo Chriſtum in Sanctiſſima Euchariftia exiſtentem, oculis corporeis viderit? *v. Luv. Torres in ſelectis diſputat. 15. dub. 3.*

B. Hermannus contractus sanitatem à Beatissima Virgine petens optionem accepit, vel hanc, vel sapientiam eligendi, hanc expetiit, & repente scientiarum omnium & linguarum veluti quædam universitas factus, Hymnos: *Salve Regina, & Alma Redemptoris*, composuit. *Ranbeck.* Utinam omnes sic utantur scientiis.

B. Hermanne ora pro me apud Deiparam, ut ea petam & obtineam, non quæ mihi, in causa propria cæco, & per domesticas cupiditates amoris proprii seducto arrident, sed Mariano honori, animæq; meæ salutem, ac beatæ æternitati meliùs conducunt. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibûsque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Hymnos à Beato Hermanno compositos hodie iterabo.

Non tantùm peccatum Virgo nullum commisit, sed etiam aliorum peccata delevit: non solum in se lucida fuit, sed etiam lucis radios ex se emisit; quia per eam mundus gratiæ lumen accepit. *Rich. de S. Viçt. in Can.*

Quæstio: An Deipara cum Christo corporaliter in Sanctissima Eucharistia præsentem collocuta sit? *v. Luis. Torres in selectis disp. 15. dub. 3.*

S. Petrus confessor dæmonem sibi divitias offerentem signo crucis fugavit, quidquid opum suppeteret, in pauperum inopiam servandam erogavit. In ejus morientis gratiam, Lampas ante aram Deiparæ divinitus est accensa, ut luculentus Mariani affectus in Petri corde ardentis testis esset *Nad.* Latere nequit Virtus, quò profundius absconditur, tantò claritè illustratur.

S. Petre ora pro me, ne dæmonis oblationes & munera acceptem, nihilque cum eo negotii habeam, sed eum nunc tentantem, & maximè in agone pessima suggresturum Deiparæ intercessione, & Crucis signo, in cujus tu complexu dulcissimè expirasti, valeam efugere. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum Marianæ Paupertatis memor spontè ab usu rerum commodarum hodie abstinebo.

Misericordia non solùm in Eleemosynis consistit, sed in peccato omni compatiendo, hæc in summo fuit in Beatissima Virgine respectu omnis creaturæ *S. Ambr.*

Quæstio: An Beatissima Virgo unquam ad eam redacta sit inopiam, ut mendicârit;

S. Vulmarus Beatissimæ Virgini Templum posuit in eremo, ubi à strepitu mundi fēmotus, pietati suæ vacabat. Post multas hominum & dæmonum insidias fortiter superatas, in patientiæ præmium miraculis claruit, cælo annonam ei providente, nam eques incognitus indies ei victum sufficientem afferebat. *Ranbeck.* Satis provisum ei est, cujus MARIA meminit.

S. Vulmare ora pro me Deiparam, ne anima mea sine viatico famelica ex hac vita discedat, sed ut DEUS Pater per omnipotentiam suam eam potentissimam effecit, ita mortem illa mihi beatam efficiat. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. *f. 90.*

Ad quod impetrandum cum Templum, aut Aram nequeam, aliquam saltem Deiparæ iconem, in loco aliquo deserto statuam, ut si quis eò casu venerit, pietatis reperiat incitamentum.

Quod est causa causæ, est causa causati, at Beatissima Virgo est causa Filii, Filius autem totius boni, omnisque misericordiæ causa est, ergo & Mater erit totius misericordiæ causa. *Alb. M. tra. sup. miss.*

Quæstio: An Christo plus placeat Matris, quàm sui invocatio?

S. Daniel Abbas pro Eulogio Latomo ad maiores opes evehendo apud Deum intercessor, cum eum obtentis opibus sceleratum experitur, redit ad preces, utq; ad pauperem fortunam Eulogius redeat, Deiparam orat, adest hæc, & precibus, sed eâ lege annuit, ut divinæ dispositioni non ampliùs modum præscribat. *Fasti Mar.* Tanta est divitiarum cum vitiis affinitas.

S. Daniel ora pro me DEUM ac Deiparam, ut statu meo contentus, & ita Divinæ voluntati conformiter vivam, ut statûs, sive divinæ circa me prædestinationis seriem non interrumpam, sed quâ me Deus ad cœlum ducere vult viâ, plana illa sit, seu aspera, promptus sequar. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium &c. f. 190.

Ad quod impetrandum orabo Deiparam, ut perfectam meâ cum divina voluntatis conformitatem, mihi tribuat.

Quidquid misericordiæ Filius exhibuit, totum hoc nobis Mater contulit, quæ Filium genuit, in quo nobis omnia donavit. *Beat. Alb. M. sup. mis. est.*

a Quæstio: Pauperiores an ditiores faciliorem viam & modum habent placandi Deiparam?

S. Maria Magdalena DEI primùm, deinde etiam Deiparæ amans, eam ubiq; seu iter faceret, seu ad Crucis pedem staret, sive post mortem Filii sola in recessu ageret, sequebatur. Christo unum, Matri alterum templum erexit. *Salmeron. To. 7.* Utinam quot in lapsu, tot in pœnitentia quoque numeret sequaces.

S. Magdalena, impetra mihi verum ex purissimo DEI amore, peccatorum dolorem & pœnitentiam; Ora pro me Deiparam, ut sicut Spiritus Sanctus suum amorem ei plene infudit, ita & illa dulcedinem divini amoris mihi instillet, ex quo omnis amaritudo mortis mihi reddatur suavissima. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Aliquam pro prioris vitæ peccatis pœnam spontè mihi inflatam, per Deiparæ manus DEO in remissionem offeram.

Quantum viscera illa virtus pietatis affecit, in quibus novem mensibus requievit? nam & antè mentem replevit, quàm ventrem, & cum recessit ab' utero, ab animo non recessit. *S. Bern. ser. in Dom. 1. Epiph.*

Quæstio: An Magdalena post CHRISTI mortem cum Deipara habitaverit v. *Salmer. To. 7.*

B. Joanna Orvetana Ordinis S. Domini die Assumptæ Virginis, præ admiratione ejus gloriæ in extasim longi temporis raptam MARIAM amare didicit, tum primùm serio dolore tacta, quòd serò amare incepisset pulchritudinem tam antiquam. Cùm ægra communicare nequiret, MARIA ei Jesum in ulnis attulit, consolata. *Conon. an. 1360.* Non diu suos Virgo miseros esse patitur.

B. Joanna juva me puro corde amare omnium cordium amoribus dignissimam DEI Matrem, eamq; pro me ora, ut cùm sit Mater DEI, sit & Mater rei. Cùm sit Mater utriusq; Filii, non sinat Filium reum damnari, sed maternâ pietate procuret, ut filius reus, reconcilieretur Filio, qui est DEUS. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: extasim non peto sed sensibus collectis eandem ego gloriam meditabor & admirabor.

Nulla tibi in gratia similis esse potuit, pequam gratia venit super omnes, ergo super omne meritum est excellentia tua, eminentio cunctis, sanctior universis. *Hugo de S. Vict.*

Quæstio: An Deipara sæpius extases passafuerit?

B. Petrus Eremita & Monachus Ordinis Sancti Benedicti cælitus Jerosolymam vocatus, precibus & legatione magnam Palæstinæ partem recuperavit. Multum ei mundus debet, tam nobilem Deiparam colendi modum edoctus, primus enim orandi ad globulorum numerum (nos rosarium diciimus) modum invenisse fertur. *Ranbeck.* Magna ex his orbibus orbis accipit beneficia.

P. Petre, ora pro me Matrem misericordiæ; scio peccatis meis poenas deberi plusquam æternas, sed in ejus miseratione, quam erga peccatores habet, maxime spero, quod suâ intercessione illa mihi à Filio gratiam impetrabit, ut priusquam moriar, ex corde convertar. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinites te saluto: te omni possibili omnium possibili-
lium, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum ducentas viginti quinque aspirationes, si vacaverit, eo fine dicam, ut omnia corporis membra, totidem numero, Mariam laudent.

Ad Mariam velut ad fontem properet anima nostra sitibunda, ad hunc misericordiæ cumulum totâ sollicitudine miseria nostra recurrat. *S. Bern. ser. 4. de Assump.*

Quæstio: Quis primus Rosarii Mariani inventor fuerit.

S. Jacobus Major Apostolus, specialis morientium advocatus, Beatissimam Virginem, adhuc viventem, se in Hispania invisentem vidit, quæ jussit sibi templum erigi, unde omnis in Hispaniam Fidei propagatio suam traxit originem. *Ribad. in Vita.* Etiam mortuus prodesse volebat Hispaniæ.

S. Jacobe qui Carolo Magno morienti, aliisque clientibus tuis in supremo agone certantibus opem tulisti, parem à te gratiam peto. Conforta me cum hoste luctantem, protege de salute & gratia DEI periclitantem, & per magnæ DEI Matris intercessionem, fac me esse inter prædestinatos. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omniumpossibilium & actualium creaturarum affectu amare &c. f. 190.

Ad quod impetrandum cum hodierno P. Alvarez Societatis JESU, qui septem continuis horis eandem Deiparæ iconem aspexit, ut oculos à sceminis, quas aliàs intueri debebat, averteret, oculos in ejusdem effigiem diutiùs defigam.

Ave clavis Regni Cœlestis, ave nostra consolatrix, quæ morores sedas & oppressis molestias lenis. *S. Ephr. Or. de laud. Vir.*

Quæstio: Quis Apostolorum maximè Deiparæ fuerit affectus?

S. Anna DEI Matris Mater, Avia JESU mil-
 lies Beata, quo in Filiam affectu rapta sit,
 nemo satis dixerit, hæc pariter quantum ejus
 cultum promoveri ambiverit, est testata, dum
 cuidam S. Annæ cultori apparens dixit, Ego
 soror tua sum, nos cum Matre infernum, ne il-
 luc intres, occludemus, quia matrem meam
 honorasti semper. *Nad.* Gloria Matris Filia
 sapiens.

O Sanctissima Anna! tu Maternâ autho-
 ritate omnia vales apud Filiam tuam, Ma-
 trem nostram, per illum, quo te DEUS JE-
 SUS & MARIA Filia tua dulcissima hono-
 ravit, amorem & honorem, ora pro me, ut
 Filix tuæ intercessione & tuis meritis audiam
 illud plenum solatiis promissum, mihi nem-
 pe infernum esse clausum. O Sanctissima
 DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N.
 indignissimus filius tuus ex toto corde, omni-
 busque tam corporis, quàm animæ viribus
 centies millies, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Speciali hodie Ti-
 tulo S. Annam venerabor, quòd sit Mater DEI.

At te Matrem misericordiæ, Matrem mi-
 serorum, clamant exules Filii Evæ, clamant
 ipsæ miserix, habet enim miseria clamorem,
 & vallis hæc lachrymas. *Rich. de S. Vict. c. 23.*
in laud.

Quæstio: An S. Anna Deiparam, an hæc
 illam tenerius dilexerit?

S. Simeon Confessor honoris *Mariani* defendendi studiosissimus, Judæorum antesignanum, bellum Virginitati Deiparæ moventem, morte subitâ stravit, quâ visâ reliqui ejus affectu manus victas dedere, & ex Ducis morte meliorem vitam auspicati, Deiparam venerari didicerunt. *Fasti.* Vitam non meretur, qui vitæ Matrem persequitur.

S. Simeon ora pro me ut mihi in ultimo prælio clementer assistere, ac mecum contra infernalem hostem arma movere Deipara dignetur, sic si consurgant adversum me castra, non timebit cor meum, hæc enim est, quæ priusquam nasceretur, in ipsa Conceptione super aspidem & basiliscum ambulavit. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Nomine totius universi Sanctæ Annæ gratias agam, pro Filia hac orbi data, & tam sollicitè educata.

Cùm misericordia DEI sit ab æterno, amplior esse cupit in tempore, & cùm ex te, ô Virgo! capit initium, ejus quoque largitas per te sumpsit augmentum. *Rich. à S. Victore in Cant.*

Quæstio: An Sancta Anna plures proles præter Mariam genuerit?

S. Innocentius primus hujus nominis Papa ut suæ in Mariam devotionis perpetuum relinqueret monumentum, in ejusdem honorem latius & constantius propagandum, Sabbathinam in Ecclesia abstinentiam à carnibus instituit. *Mayr.* Ubi abstinentia, ibi securior innocentia.

S. Innocenti ora pro me Deiparam, ut à carnalibus desideriis ita semper abstineam, ut anima mea de hoc exilio ad mensam Regis æterni deduci mereatur, ubi plena satietas sine fastidio, ubi gustabo, quàm suavis sit Dominus. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde omnibusque tam corporis, quàm animæ vtribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum JESU Filii tui sanguinem, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum Sanctæ Annæ cultum apud alios quantum possum promovere adnitar, ut sic in Matre Filia quoq; honoretur.

Principatum habet Virgo dimidii Regni DEI; Regnum quippe DEI consistit in pietate & misericordia. *Gerson trac. 4. in Magn.*

Quæstio: An Sancta Anna ante Beatissimam Virginem desponsatam obierit?

S. Lupus Trecensis Urbis Episcopus Attilam, DEI flagellum, mansuetudine suâ cicuravit, ad quod bellum cilicio sub veste præcinctus, & præcedente sabbatho pane tantum contentus se munivit. *Fasti*. Inediâ non unus hostis frangitur.

S. Lupe averte à me DEI flagellum, quod errans toties promerui, ora pro me Deiparam, ut velut columna præfulgens & lucida nubes in vitæ hujus solitudine illuminans ex hac vita proficiscentem antecedit, usque dum ad Patriam lacte & melle manantem pertingam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima lego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum JESU Filii tui sanguinem, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: In memoriâ mensium, quibus Deipara in utero S. Annæ morata est, novem salutationes Angelicas dicam.

Potestate Domino remanente, cessit quodammodo misericordiæ pars Christi Matri, sponsæque regnanti. *Gerson Trac. in Magn.*

Quæstio: An, & quantam Sancta Anna Deiparæ hæreditatem reliquerit?

S. Arnaldus Archi-Episcopus ope humanâ
 contra Mario - mastyges destitutus preces
 vertit ad Deiparam , quæ visa est è cœlo de-
 scendere, & globis igneis è nube deciduis in-
 gentem hostium hæreticorum stragem edere.
Nad. Semper armatum excubat cœlum in sce-
 lestos.

S. Arnalde ora pro me, ut justo DEI furore
 certa in caput meum & expiandas iniquitates
 fulmina securus vitem. Effice ut insidias & la-
 queos hostis antiqui morienti mihi destinatas
 Deipara Protectione suâ misericordissimâ cle-
 menter detegat. O Sanctissima DEI, & mea,
 Mater pretiosissima! ego N. indignissimus fili-
 us tuus ex toto corde, omnibusque tam corpo-
 ris, quàm animæ viribus centies milles, &c.
fol. 190.

Ad quod impetrandum, ita hodie Deiparæ
 coronam recitabo, ut in singulis granis ad-
 dam: *Benedicta tu inter mulieres & benedicta*
S. Mater tua Anna, ex qua sine macula originali
concepta processisti.

Meruit divinæ misericordiæ Regina com-
 pellari MARIA, si enim Imperatrix, si Domina
 Dominarum, si Regina Reginarum non cupa-
 retur, non ita ad se mortalium corda pellice-
 ret, hæc enim nomina sunt Majestatis, magni
 timoris, & rigoris. *S. Bernardin. sen. tr. 4. se. 6.*

Quæstio: An Hierosolymis an Nazarethi
 Deipara concepta & nata fuerit?

S. P. Ignatius Loyola totus Marianus. Ejus honori sagum in monte Serrato suspendit, ejus dictamine Religionis fundatæ Regulas conscripfit, nec nisi ejusdem festo prima cum sociis vota emisit, plusquam trigesies ab eadem visitatus; ne vel momento temporis ab amoribus MARIÆ vacaret, ejus iconem perpetuò à corde gestavit. *In vita.* Vis cordi esse MARIÆ? semper ea tibi sit à corde.

O gloriosissime S. P. Ignati per ingentem illum in Mariam amoris tui ardorem te rogo, ut aliquam cordi meo scintillam indulgeas, ut fictuis insistendo vestigiis MARIÆ intercessionem adjutus in gratia finali moriar, ac tecum videam, amem & glorificem DEUM, ejusq; Matrem in æternum. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Corde meo impostam B. V. iconem gestabo.

MARIA habet misericordiam per modum Originis essentialis, quia per modum Matris, parientis videlicet nobis Increatam illam misericordiam. *B. Alb. M. tr. sup. miss.*

Quæstio: An magis JESU, quàm MARIÆ societas dicenda sit Religio, quam S. Ignatius fundavit?

I. AU.

S. Eusebius Episcopus pro fide ab hæreticis multa passus non succubuit, contra hos & Dæmones semper victor; suis ad Deiparam precibus adedè efficax fuit, ut ei Mariani templi Janua ultrò aperiretur: pudicitia & integritatis suæ conservatores Angelos habuit. *Nad.* Thesaurorum maximus optimis eget custodibus.

S. Eusebi ora pro me, ut Angeli Sancti me custodiant, ne mali à via Mandatorum Domini me seducant; intercede apud Deiparam, ut illa me educat de laqueo, quem absconderunt mihi inimici mei. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, &c. *figo.*

Ad quod impetrandum: ut cultello Binantius hodiernus, ita ego digito, JESU & MARIÆ nomen pectori; priusquam ad lectum concedam, inarabo.

Patet omnes Sanctos servos tantùm esse misericordiæ, Beatissimam autem Virginem Reginam, atque ita improportionabiliter excellentiùs eandem se habere ad misericordiam, quàm habeant alii Sancti. *D. Albertus M. tra. sup. miss.*

Quæstio: An speciales MARIÆ cultores signum aliquod, vel characterem in fronte exaratum in cælo sint habituri? *v. Barri. an Mar.*

IN Angelica MARIE de Portiuncula æde S. Franciscus Seraphicus multis sæpius è coelo gratis Marianis donatus, hodie Deiparam visibiliter in templum descendentem, ædem illam adeuntibus benedictionem, & indulgentias plenarias à Filio impetrantem conspexit. *In vita.* Puros vult suos Deipara.

S. Franciscus impetra mihi à Deo per Sanctissimæ Matris eius preces, omnium, quæ totâ vitâ commisi, peccatorum remissionem, quam per infinitam Dei misericordiam, & piissimæ Dominæ meæ intercessionem me consecutum spero. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum Jesu &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Cum Alano hodierno rosarii Mariani amatore, illud dormiturus brachio obvolvam.

Ego sum, ait Maria, Mater misericordiæ plena charitate, & dulcedine. Ego peccatorum scala, reorum spes & venia. Ego mæstorum consolatio. *Th. Kemp. in sol. c. 24.*

Quæstio: An B. V. concedere fidelibus possit Indulgentias?

III. AU-

S. Petrus Anagninæ Episcopus, Monachorum
& Episcoporum exemplar, Michaëlem
Constantinopolitanum Imperatorem cum
morte luctantem jussu Deiparæ, solo pronun-
tato Sanctissimo nomine Mariæ sanavit, in
cujus beneficii perenne testimonium, magni-
ficam ædem ille Mariæ condidit *Fasti Mar.*
Per hanc benè itur ad æternam in celo.

S. Petre Mariæ charissime, ora pro me Ma-
trem tuam tibi dilectissimam, ut & mihi sit
Maria, sit clemens & propitia, & animæ meæ
vulnera sibi habeat commendata, ne prius
obeam, quàm ea seriâ pœnitudine sint curata.
O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissi-
ma! ego N. indignissimus filius tuus ex toto
corde, omnibusque tam corporis, quàm ani-
mæ viribus centies millies, imò infinites te
saluto: te omni possibili omnium possibiliuna
& actualium creaturarum affectu amare, &c.
fol. 190.

Ad quod impetrandum: Quoties hodie
legero Mariæ nomen, & commodè præstare
potero, toties illud exosculabor.

Arbor in medio terræ est B. V. in medio
Ecclesiæ, omnibus communis sine persona-
rum acceptione. *Laur. à S. Rich. lib. 12. de
laud. V.*

Quæstio: Cùm B. V. sine originali labe con-
cepta fuerit, an, & quomodo dici possit à
Christo fuisse redempta? *v. Suarium de vita*

B.V.

K. 7

IV. AU-

S. Dominicus Ord. Præd. author, quidquid à Maria petiit, impetravit. Vix incedere potuit, omnia ejus templa obibat, novas eam colendi artes inquirebat, rosarii usum latè per orbem propagavit, vidit Deiparam pro orbe, ne periret, supplicantem. Item aliàs Fratribus omnibus præter unum, qui minus compositè jacebat, benedicientem. Morienti Virgo B. adsuit, & ad cœlum invitavit, *In vita*. Facilis ad cœlum est via, ubi itur per rosaria.

S. Dominice ora pro me, ut mihi quoque morienti adesse gratiâ suâ & ope dignetur Regina Sanctissimi Rosarii, & coronarum à me in ejus honorem per vitam dictarum memor sibi mihi solatium adferat, ubi nulla profunt solatia nisi cœlestia. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Sollicitus agam, ut ita compositus hac nocte cubem, ne oculos Marianos offendam.

O quàm latè, quàm altè arbor illa magna B. V. MARIA Ramos suos extendit! quàm latè ad homines, quàm longè ad Angelos, quàm altè ad Deum! *S. Bern. spec. c. 5.*

Quæstio: An corona 63. an rosarium 15. salutationum B. V. antiquior?

V. AU.

S. MARIA ad nives hodie agitur, tecto enim per noctem prodigiosis nivibus colle, ubi sibi templum à Joanne Patricio Romano condi vellet, ostendit; quod nunc MARIÆ Majoris dicitur, imagine à S. Luca pictâ celebre, multis piorum devotionibus frequentatum. *Canisi.* Si in corde tuo castæ sunt nives, est templum MARIÆ.

O Sanctissima DEI Genetrix tuis obsequiis quidquid sum & habeo, omne id devoveo, tibi animæ meæ curam testamento lego, intercede pro me apud Filium, ut ejus sanguine peccata mea super nivem dealbentur. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: MARIÆ Majoris iconem hodie venerabor, aut si hujus sit defectus, affectus meos Romam usque ablegabo.

Materna B. V. pietate defendit & protegit homines adhuc peccatis deditos in se sperantes, donec eos Filio suo reconciliet veraciter poenitentes. *S. Gertr. rev. l. 4. c. 49.*

Quæstio: Cur candore præ aliis coloribus Deip. delitietur?

B. Gigislenus cum vellet Ecclesiam B. V. Aquisgrani visitare, pecora sua, subulcus enim erat, Deip. commendavit; eoque in templo commorante Angelus ejus vices in pas-
cendis pecoribus egit. *Bal. in Ep. Mar.* Curat
nostra coelum, dum nos caelestia curamus.

B. Gigislene ora pro me, ut omnium nego-
tiorum maximè præcipuum mihi sit cultus
& veneratio MARIÆ, ne abeam post vestigia
gregum meorum, id est, brutalium concu-
piscientiarum, sed his inter rationis limites co-
ercitis, sepositis aliis negotiis curem salutis
meæ negotium. O Sanctissima DEI, & mea,
Mater pretiosissima! ego N. indignissimus fi-
lius tuus ex toto corde, omnibusque tam cor-
poris, quàm animæ viribus centies millies, i-
mò infinities te saluto: te omni possibili om-
nium possibilium & actualium creaturarum
affectu amare, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Quod hodie per
urbem ituro templum Deip. occurrerit, illud
Virginem B. Salutaturus ingrediar.

Maria obsecro te per gratiam, quia Domi-
nus voluit esse tecum, fac misericordiam
tuam mecum. Fac ut amor tui semper sit me-
cum, & cura mei semper sit tecum. *S. Ans. in
medit.*

Quæstio: An B. V. post Filii ascensionem,
Virginum eodem in victu, in pietate alenda-
rum, curam egerit? *v. Spinellum c. 37. n. 13.*

S. Albertus quem nascentem lux præiuit, ex utero MARIÆ sacer, hanc quotidie salutatione Angelicâ centies repetitâ salutavit, Dæmonem in energumeno exorcizans ab eodem colaphum accepit, cumq; etiam alteram maxillam porrigeret, eundem fugavit. Morienti canentes adfuere Angeli. *Barri pium fæd.* Si castorum funera curant Angeli, quis curabit impurorum?

S. Alberte ora pro me, ut moriatur anima mea morte justorum, agnosco quidem me parem illis vitam non duxisse, agnosco scelera mea multa nimis, & quidquid per totam vitam mali commisi, doleo, ac per Deiparæ intercessionem supplex à Domino veniam peto, petamque donec vivam. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibiliū & actualium &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Conabor hodie singula hujus urbis Mariana templa, vel altaria invisere.

Totum ô Maria, quod habes gratiæ, totum quod habes gloriæ, atque etiam hoc ipsum quod es, Mater DEI, si fas est dicere, peccatoribus debes. *Guil. Rhet. Div. c. 18.*

Quæstio: An Maria plus peccatoribus præstet; quàm hi illi præstiterint?

B. Gerarchinus Ord. Cisterc. iussus à superiore panes pinsere, artis hujus ignarus coram imagine Deiparæ procidens sic eam est allocutus: *Jubeor, ô Domina! panes pinsere, & nescio, quid agam?* Placuit Virgini confidentia, ei que amicè respondit: *Ora tu, & ego tui locò fornaci serviam*, perexit orare Gerarchinus, sed & panes in tempore pisti sunt. *Auriema p. I. f. 23.* Omnibus omnia fit Maria.

B. Gerarchine gratias tibi ago, quòd quòd in dubiis & necessitatibus mihi recurrendam sit docueris; Auge in me teneram & filialem erga Sanctissimam Virginem confidentiam, ut illa mihi viventi & morienti velit assistere. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Si quid factu, vel toleratu arduum mihi occurrat, ad B. V. confidenter recurram.

O Domina Mater es Justificationis & justificatorum, Genitrix es reconciliationis, & reconciliatorum, parens salutis & salvatorum. *S. Ans. in medit.*

Quæstio: An obsequia domestica B. V. ipsa peregerit vivens, an ancillam habuerit?

SS. Secundianus, Marcellianus, & Verianus
adhuc Gentiles jussi Christianos perse-
qui, renuerunt; cùm enim in Eclogis Virgiliũ
illibatae Virginis partum intellexissent, illu-
minati sunt, & ad fidem conversi pro ea vi-
tam dederunt. *Barri pium fœd.* Vel cogitare
Mariam, salutare est.

SS. Martyres orate pro me illibatam illam
Virginem, per quam salus mundo nata est, ut
Filius ejus sit mihi JESUS, & salvet animam
meam, eamque peccatis omnibus mundatam
beatorum consortio frui concedat. O Sanctis-
sima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. in-
dignissimus filius tuus ex toto corde, omni-
bùsque tam corporis, quàm animæ viribus
centies millies, in ò infinities te saluto: te om-
ni possibili omnium possibilium & actua-
lium creaturarum affectu amare, tibi usque ad
ultimum vitæ spiritum, quantum possibile
erit, placere & servire desidero. Hoc unum
&c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Carmen aliquod
de B. V. legam hodie, si facere tempus non pa-
tiatur.

Sic pia & misericors fuit Maria, ut malue-
rit omnes tribulationes sufferre, quàm ut ani-
mæ non redimerentur. *S. Brig. l. 3. revel. c. 30.*

Quæstio: An B. V. plus doluerit de morte
Filii, an quòd ea multis non sit ad salutem
profutura?

S. Deus dedit sutor hebdomadam totam calcis conficiendis impendit, lucrum sabbathi pauperibus elargitus, hinc factum ut DEUS cuidam servorum suorum domum in cœlo pulcherrimam ostenderit, sed quæ non nisi diebus sabbathinis, id est, Marianis ædificabatur. *Dial S. Greg.* Perditum puta diem, & otiosum, quâ nihil æternitate dignum egeris.

S. Confessor ora pro me, ut memor æternitatis beatæ quotidie pro ea promerenda sollicitus vivam. Nulla mihi dies otiosa eat sine linea, ut sic mors ultima linea rerum mihi non accidat tristis & periculosa. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego **N.** indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te salutem te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Hodie saltem **P. Nunnium** hodiernum imitabor, qui nunquam iconem Deiparæ noctu è cervicali dimittebat.

Sicut DEI Filius est beatitudo Justorum, sic tu ô fons fecunditatis Maria es reconciliatio peccatorum. *S. Ans. medit de B. V.*

Quæstio: Cûr dies sabbathi præ reliquis Mariano honori dicatus?

S. Susanna profapiâ, plurimum conversione, & prudentissimo zelo Sancta Martyr, & Virgo, dicatam DEO in Marianæ puritatis memoriam virginitatem fortiter defendit, dum ejus inimicum Maximianum ductu Angeli ab ædibus castis repulit foresq; vim paranti occlusit, ne ingressus efferret virginitatem. *Fasti Mar.* Tu sensuum portas claude, si securam vis puritatem.

S. Susanna ora pro me Deiparam, ut sicut illa summam semper clientum suorum curam gerit, ut ab hostibus liberentur, ita me quoque clientum suorum indignissimum contra omnes in vita & morte hostes elementer tueri dignetur. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibiliū & actualium creaturarum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Angelos puritatis meæ defensores eligam, utq; ejus integritatem à Regina sua mihi impetrent, roga b o.

Sicut sole illuminantur & inflammantur cœlestia & terrestria, sic ex dulcedine MARIÆ nullus est, qui non per eam, si petit, sentiat pietatem. *S. Birg. Rev. l. 3. c. 30.*

Quæstio: Num incorruptio corporis Christi adscribi possit conceptioni Immaculatæ Virginis? *v. Vega. in The. Mar. pag. 34. c. 6.*

S. Clara in templo B. V. de Portiuncula votum virginittatis edidit, constanti in B. V. pietate ejus amores promerita; huic enim Virginum stipata choro morienti adfuit, eamq; suaviter complexa pretiofo pallio contexit, secumq; ad Sponsi cœlestis amplexus deduxit. *In vita.* Cui placet hac sequi, hoc nunc iter auspicietur.

S. Clara, quæ hostes SS. Sacramento fugasti, defende me quoque ab omnibus visibilibus & invisibilibus inimicis, ora pro me Deiparam, ut & ego indignus peccator in agone promptitudinem ejus auxilii, dulcedinem maternæ illius pietatis, & misericordiæ affluentiam experiri merear. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum B. V. elogiorum catalogum ordine alphabetico hodie concinabo.

Virga orta de radice Jesse ramorum suorum mirabili extensione se se ubique terrarum expandit, ut dispersos filios Adæ ab æstu & turbine, umbrâ desiderabili protegeret, fructuque saluberrimo aleret esurientes. S. *Amad. ho. 8.*

Quæstio: An pulchritudo B. V. naturalis, an miraculosa fuerit? v. *Raynau. in dipt. Mar.*

S. Radegundis Coniunx Clotarii Regis, deimonialis. in honorem Deiparæ singulis annis 40. diebus jejunabat, sabbatho quovis suis manibus leproforum, si qui aderant, caput lavabat, & mendicos pascibat, Mariæ nomen corpori suo inuffit. *Fasti Mar.* Non erit illi malè, per quem pauperibus est bene.

S. Radegundis quæ amore Deip. mendicorum ancillam egisti, me in Mariæ servum per te offero, coram Divina Majestate & tota cœlesti curia me ejus servitiis in perpetuum addico, ardens desiderio in ejus amore semper proficiendi, nec ab ejus homagio, quod hic præsto, unquam recedendi. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Cum Berchmanno S. J. hodierno mihi aliisque persuadere conabor: quòd, si Mariam diligam, certus sum me salvum fore.

Maria est causa universalis propitiationis, causa generalis reconciliationis, vas & templum vitæ & salutis universorum. *S. Ansel.*

Quæstio: an majora de B. V. scribi, dicere potuerint, quàm ab ejus clientibus dicta scriptaque sint?

B. Stanislaus Kostka S. J. æger à Deip. visitatus Jesulum in ulnas, & Societatem Jesu ineundi consilium accepit. Nihil ei dulcius, quàm de B. V. loqui, legere aut carmina pangere; communi eam verbo Matrem vocabat, ad eam litteras composuit amoris testes, quibus, ut sibi die Virginis Assumptæ mori liceret, petiit, & impetravit, Matrem Filius in cœlum comitatus. *In vita.* Utinam plures numeret Fratres.

O B. Adolescens ora pro me Matrem tuam charissimam, & filialem mihi erga Deum, & illam amorem impetra, præ cuius teneritudine ac vehementia pectus tibi, ne rumpetur, pannis frigidâ intinctis mirigari debuit, ardeam utinam ego amore JESU & MARIÆ, ut ita merear hujus piâ intercessione Filio ejus JESU æternùm frui. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, &c. *fol 190.*

Ad quod impetrandum: Stanislai exemplo, primum manè, & ultimum vesperi ad aliquod B. V. templum conversus, ei me commendaturus genuflectam.

Non tui ipsius causâ progenita es ô Virgo, sed ut orbis universi salutem administram te præberes. *D. Damasc. or. 1. de Nat.*

Quæstio: An fideles explicitè credere teneantur perpetuam B. V. virginitatem? *v. Vega Theol. Mar. num. 1421.*

XV. AU.

S. Arnulphus Episcopus pridie festi B. V. Assumptæ omnia pro suo funere apparari præcepit, nec in vanum, eâdem enim die humi cineribus instratæ depositus obiit, postquam peccatorum veniam se accepisse à Deipara sibi aspectabili intellexit. *Lisanter invita.* O pretiosa mors Mariæ filiorum! utinam moriatur anima mea morte Justorum.

S. Arnulphe ora pro me Deiparam, ut remissis peccatis meis beatam mortem habeam; illi me toto cordis affectu totum dedico, illam meam Dominam & Matrem eligo, Maternæ ejus protectioni me filialiter committo, cui in cœlo aliquando sociari expecto; ô Mater Dei gloriosissima hodie in cœlum abis, trahere me post te, trahere cor & affectus meos. O Sanctissima DEI, & mea Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Ad complendum Deiparæ annorum numerum singulis per octavam hanc diebus octo Ave recitabo.

Per fecunditatem tuam Domina mundus peccator est justificatus; damnatus salvatus; exul reductus. *S. Ansel.*

Quæstio: An die B. V. Assumptæ animæ in inferno vel purgatorio mitiùs puniantur? *v. Barri. an. Mar. c. 48.*

S. Hyacinthus Ord. Præd. à B. V. promissum accepit, nihil eum à Filio suo petiturum, quod operâ suâ consecuturus non esset. Grandem Deiparæ statuam incendio hostili erepturus adeò levem expertus est, ut multis miliaribus deportaverit. Suâ hunc ante mortem præsentia solata est Deipara, ut expetierat. *In vita.* Cur tam pauca petimus à tam munifica.

S. Hyacinthe MARIÆ fili, cujus precibus propitium futurum Numen Deipara promissit, ora pro me communem hanc tibi mihi que Matrem, ut per tot fragilis naturæ meæ pericula; per mundi & Dæmonis fallacias tutus transeam, & cum MARIÆ clientibus ante faciem DEI aliquando in æterna felicitate assistam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &

fol. 190.

Ad quod impetrandum: Gratulabor MARIÆ de cœlesti gloria, & meum eidem ibi locum cederem, si ei deesset.

Omnium salutem desideravit Maria, quaesivit, invenit; imò salus omnium peripsam facta est, unde & mundi salus dicta est. *Ricord. S. Vict. c. 26. in Cantic.*

Quæstio: An B. V. aliquando ægrotaverit?
v. Barrad. c. 7.

S. Clara de Monte falco quadrima ante ob-
vias B. V. icones procumbebat, in his eam
salutatura. In Agone Angelum ad se venien-
tem, ut suum Deiparam videndi desiderium
eidem nuntiaret, rogavit, & impetravit, cœ-
lum enim ante mortem apertum vidit, &
Deiparam ibidem aspexit. *Isid. Moscovius.*
Quidni morientem suscipiat Virgo, quam ser-
vam experta est viventem.

S. Clara quod tu olim, idem ego hodie per
Angelum Deiparæ nuntiatum velim, ut ubi
resoluto corpore hinc emigraverit anima, in
beatas sedes recipiatur, sed, utinam paribus ac-
tū petitionem meam certam reddere operibus
coner, Tu pia Virgo juva fragilitatem meam.
O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissi-
ma! ego N. indignissimus filius tuus ex toto
corde, omnibusque tam corporis, quam ani-
mæ viribus centies millies, imò infinities te
saluto: te omni possibili omnium possibilium
& actualium creaturarum affectu amare,
&c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: S. Angelum me-
um tutelarem rogabo, ut meas hodie ad MA-
RIAM petitiones deferat, & impetrare con-
etur assensum.

O scœmina plena, & super plena gratiâ, de
cujus plenitudinis exundantia respecta sic re-
virescit omnis creatura. *Rich. à S. Vict.*

Quæstio: Quo morbo defuncta fuerit Dei-
paræ? *v. Barri. c. 51.*

B. Jacobus cum Divinis operaretur, visibilem habuit Deiparam plurimorum Sanctorum Societate circumdatam, quæ illi serutum è floribus cœlestibus texuit, quo ipsum coronavit. *Nad.* Soli hi flores non marcescunt, sed tales virent inter spinas.

B. Jacobe ora pro me Deiparam, ut cor meum imminentium æternumque memoriã identidem excitet, neque permittat, ut ullius rei creatæ vanitati summum bonum postponã; ne futurorum improvidus pro momentaneis æternam dem beatitudinem. Audi Mater vota Filii, spinas hic non subterfugio, modo hæ mihi corollam pariant immortalem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium, & actualium creaturarum &c. *fol. 19.*

Ad quod impetrandum: In templi accessu per Deiparam à Filio ejus audientiam petam, dicens: Per te accessum habeamus ad Filium
 O Sanctissima Virgo & Mater Dei.

Charitas illa, cujus impulsu opera misericordix exhibuit mortalibus, omnium excelluit creaturarum dilectionem. *B. Albertus M. sup. miss.*

Quæstio: An Deipara horam obitus sui sciverit? *v. Stengelium in hist. S. Gabriel. Arch.*

S. Ludovicus Episcopus, è Maria Hungara,
Caroli II. Siciliae Regis Filius tenerè MA-
RIAM amabat, dicens: *illa me in morte iuva-
bit*; Quod & factum: nam moriens inter
manus Angelorum in coelum visus est evolare
Angelis canentibus: sic fit servienti Deo in
munditie & puritate. *Nad. an. Cael. Vis à Ma-
ria diligi, dilige.*

S. Ludovice ora pro me Deiparam, ut me
quoque juvet morientem, ut me à periculosis
peccandi occasionibus, in quibus recedere ab
ultimo fine possem, præservet, ne ullius crea-
turæ amore, me à Creatoris amore avelli sinā,
sed accuratā Conscientiæ puritate & mundi-
tie me Dei & Mariæ servum probem. O San-
ctissima Dei, & mea, *Mater pretiosissima*! ego
N. indignissimus filius tuus ex toto corde,
omnibusque tam corporis, quàm animæ vi-
ribus centies millies, imò infinities &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Ad numerum
stellarum Deiparæ caput illustrantium toti-
dem eam vicibus salutabo, ei de omnibu do-
nis & dotibus à Deo collatis gratulaturus.

Hæc Virgo nobis miseris & captivis ac
mendicis dedit Filium suum, captivis in pre-
tium: famelicis in viaticum; laborantibus
in præmium, infirmis in medicamentum
B. Alb. Mag. tr. sup. miss.

Quæstio: An gaudii an tristitiæ majoris
mortalibus materia sit, Deiparæ assumptio?

S. Bernardus eos à MARIA favores accepit, ut Christi Collactaneus esse mereretur, dum suum ei lac Virgo propinaret. Frequens in ejus ore verbum: *Ave Maria, monstra te esse Matrem*, quod dum repeteret, reciprocam è Virginis icone salutationem audivit: *Salve Bernarde. In vita.* Sic potaremur, si non alia sitiremus.

S. Bernarde virginæ Confessor ora pro me Deip. ut ejus ac DEI amor in me semper augeatur, desiderarem etenim illum affectum, & calamum, & cor, quo tu hanc tuam, & Christi Matrem dilexisti, ut sic in agone meo hinc inter Matris ubera, inde inter Filii vulnera suave simul securumque solatium reperirem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibili-um & actualium &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: quotquot vicibus memoriæ occurrer, hodie cum affectibus ingeminabo: *Ave Maria, Monstra te esse Matrem.*

Ad omnem cujuscunque necessitatem aperta est nobis urbs refugii, sinus Mariæ est expansus, hoc refugium qui declinat, nil mirum, si effugere non meretur. *S. Bern. mor. 8.*

Quæstio: Cur Deipara cum Filio non statim in coelum ascenderit? *Barrad. c. 11.*

S. Humbilina soror S. Bernardi à fratre ad sanctius vitæ institutum conversa, ab eodem MARIÆ amorem, uti & arctioris disciplinæ studium didicit, parem illi mortem accepit, cum in agone constituta plus quam centies clamabat. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. *Men. Cisterc.* Hæc innoentæ mentis est spes.

S. Humbelina ora pro me Deiparam, cum respectu æterni temporis citò, certòque aderit acerba animæ meæ è corpore emigratio, ut supremum illum vitæ actum, seu inter afflictiones aut solatia, seu præsentem seu alienato sensu, in protectione tamen ejusdem obeam, dicere possim. Lætatus sum in spe beatæ æternitatis adeundæ. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima lego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Assumptam in cœlum Virginem, sociato cum novem choris Angelorum, Reginam suam in cœlos Assumptam salutantium affectu, repetitâ novies oratione Angelicâ salutabo.

MARIA est quæ proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & quomodo cum illo non omnia nobis donavit. *Alb. M. sup. miss.*

Quæstio: Utrum SS. nomen MARIÆ ex opere operato aliquid operetur? *v. Vega Theol. Mar. n. 1384.*

B. Ernardus Senensis ex Senatore Ordinis B. V. de monte Oliveti Fundator, oculos cæcitate percussos ope Deiparæ recepit, multos Religiosi Ordinis Candidatos per scalas ad JESUM & MARIAM in cælum deductos conspexit. *Nad.* Similia videre meretur, qui dissimilibus oculos claudit.

S. Bernarde ora pro me Deiparam, ut corporis & mentis meæ oculos illuminet; illos quidē ut avertantur à vanitate, ne mihi fiant scopuli in via æternitatis, istos verò, ut quæ animæ agonique meo salutaria sunt, penitissimè videam, ut sic DEUM æternū videre merear. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Quos ad amplectendum Religiosum statum juvare potero, non intermittam, ut sic Mariæ devotorum numerum augere coner.

Qualem vim adversus omne morborum genus Virgini Matri collatam fuisse credendum est? an non majorem multò, quàm cæteris Christi imperio subjectis. *S. Basil. ser. de Ann.*

Quæstio: Si B. V. ante Filii sui ascensionem obiisset, num rectâ ad cælum, an ad limbum ivisset? *v. Vasquez to. 2. in 3. p. dist. 117. c. 3. n. 139.*

B. Philippus Benignus MARIÆ Apostolus dictus, ab hac vestem Religiosam induere iussus, aliàs ab eadem duas candidi panis sportas tempore famis accepit. Ad ejusdem aram in genua abjectus dicebat: *Hæc requies mea.* In morte contra Dæmonis accusationes à B. V. defensus. *Fasti. Mar.* Quis non vincat hac causarum advocatâ?

B. Philippe, serve bone & fidelis me Domine tuæ commenda, ut per Filii sui, Redemptoris mei merita mihi ardentissima desideria concedat, eidem omni, quâ potero devotione post DEUM serviendi; ut hoc unum, tam in hac, quàm altera vita mihi sit solatium & negotium, JESU & MARIÆ servire. O Sanctissima DEL, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Cum Benigno Missæ hodie de B. V. interero, cujus auditio ejus sanctitatis fuit initium.

O veneranda piscina probatica MARIA, quæ naturam morbo laborantem, atq; ad interitum vergentem in certam sanitatem, vitamq; senio carentem restituit. *S. Dam. or. 1. de Nat. B. V.*

Quæstio: Cur B. V. Assumpta representetur ab Angelis succollata? *v. Barri. an. Mar. c. 52.*

S. Bartholomæus Apostolus centies noctu, centies interdium orare suetus multa vivens à vivente adhuc Deipara accepit beneficia, sæpius cum eadem conversatus, multa cœlestia mysteria ex ea didicit. Cujus cultum in majori Armenia & India propagavit, pelle positâ cœlum ingressus. *Vita.* Dubita si potes angustam esse cœli portam.

S. Bartholomæe ora pro me, ne cuticulæ meæ nimium blandè fovendæ intentus salutis periculum incurram, sed potiùs castigem corpus meum, & in servitutem redigam, ut cum pellem mors detraxerit, faciliùs cœlum ingrediar. O Sanctissima DEI, & mea, Mater preciosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Videbo ut in aliquo corpori meo malè sit hodie, si aliud non occurrat, pellis vellicatione dolorem ciebo.

Maria omnibus sapientibus & insipientibus copiosissimâ charitate debitoricem se fecit. *S. Bern. ser. 98.*

Quæstio: Quo loco anima Deiparæ corpus receperit in cœlo, an in terra? *v. S. Damasc. ser. de dorm. B. V.*

S. Ludovicus Rex Galliarum, singulis, quantum poterat, diebus aut officio B. V. interfuit, aut privatim absolvit, quovis sabbatho trium pauperum pedes lavit, & exosculatus est. Plura Mariæ templa erexit, cujus patrocinium sæpius expertus, in tempestate spectabilem vidit, & ab eadem audivit: Ne timeas: ego ero auxilium tuum. *Nad. an. Cœl.* Est, qui etiam Regibus dominetur.

S. Ludovice! quod pro te Deum Mater tua Blancha, hoc tu pro me Deiparam ora, ut si præviderit me in aliqua occasione peccato gravi consensurum, prius è vita discedere patiatur. Malo enim mori, quam scèdari. Certus, mortem hanc futuram transitum ad beatam æternitatem, si prius moriar, quam peccato consentiam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: In JESU MARIÆ ac Josephi memoriam tribus hodie pauperibus ope vel spirituali vel corporali succurram.

In exitu animæ meæ de hoc mundo occurre illi Domina, & suscipe illam; consolare eam vultu sancto tuo, ne aspectus Dæmonum conturbet eam. *S. Bonav. Psalm. 113.*

Quæstio: An corpus Deiparæ sit in cineres redactum? *v. Barrad. to. 1. in Ev. c. 13.*

S. Gebhardus vidit Deiparam, quæ ei pedum episcopale porrexit, dicens: Pasce oves meas, optimis æternæ vitæ pascuis eas pasce. Quod & præstitit. Ex solo imaginis Deiparæ aspectu in ejusdem amorem æcensus virginitatem vovit. *Ex vita. Huc à profanis oculos.*

S. Gebharde ora pro me Deiparam, ut eam semper sine interruptione, & impedimento negotiorum, aut ullarum creaturarum hilariter, & ex intimis mei cordis visceribus seraphico quodam ardore, eoque practico, perfectè & indefinenter diligam, usque ad supremum vitæ halitum. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Quot annos numero, pro omnibus beneficiis per eos à Deipara acceptis, tot obulos in stipem, vel terræ oscula, dabo.

Eligite vobis hanc benignissimam Matrem Jesu, præ cunctis parentibus & amicis vestris in Matrem specialem, & Advocatam. *Thom. à Kemp. ser. 2. ad Novit.*

Quæstio: Quâ cœli parte collocatum sit corpus B. V. quâ inque orbis partem illud respiciat?

SS. Aurelius & Natalia conjuges mutuo pacto castitatem & thorum immaculatam se servaturos promiserunt. Adfuit iis Christus cum charissima Matre, & pio eorum proposito benedixit; martyriumque prædixit, quod constanter subiverunt. *Vita. Casti Temper fortiores.*

SS. Aureli & Natalia qui scalas ad usque cœlum protensas vidistis, orate pro me Deiparâ, ut & mihi benedicat, & quæ peccatorum scala est, mihi quoque scalam exhibeat, per quam anima mea corpore soluta sursum feratur ad cœlum. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima te go N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum JESU Filii tui sanguinem, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Actionum principio benedictionem à Deip. implorabo.

Dum illam Matrem DEI appellamus, clavem regni cœlestis in manu sua ad portas referendas paradysi, cuicumque libuerit, habere cognoscimus. *S. Bernard. to 1. ser. 42.*

Quæstio: Quotâ die post obitum Deipara in cœlos assumpta sit? *v. Barrad. to. 1. in Ev. c. 13.*

S. Augustinus impuro, quo prius flagrabat, ardori sacrum substituit, tenerum in Deiparam amorem scriptis testatus est; eam cum Christi vulneribus maximè colebat, in his omne suum solatium, & spem collocans tantò ferventior, quantò prius in horum cultu remissor. *Nad. an. Cæl.* Etiam vitia juvant ad sanctitatem, ut venena ad medelam.

S. Augustine ardens Dei & Mariæ amore Seraphin, accende cor meum, ne amet noxia, sed solùm animæ salutaria; ut rapiatur non in concupiscentiam corruptibilium, sed in laudem Sanctissimorum Jesu & Mariæ. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Exemplo S. Augustini medium in hodie cogitatione sistam inter vulnera Jesu, & ubera Mariæ, & quantum dabitur, ex utròque hauriam gratiarum.

Videtur Maria dicere Filio, sicut Filius Patri. Volo Fili, ut ubi ego sum, ibi sit & minister meus. *Rich. à S. Laur. l. 2. de laud. V.*

Quæstio: An mari rubro an candido faciliùs sit portum æternitatis tenere?

S. Luthardus Comes Clivæ, rara avis in au-
lis, Juventutem in vitæ innocentia, devo-
tione, vitæq; austeritate transegit, hæreditatem
paternam MARIÆ honori expendit, eidem
templa & Monasteria erigendo. *Mayr.* His gra-
dibus divites cœlum petunt.

S. Lutharde ora pro me Deiparam, ut deli-
cta Juventutis & ignorantias meas ita expiem,
quatenus dignum & idoneum DEI gratiarum
recipiendarum templum fiam: impetra ut affi-
duam finis ultimi memoriam habeam, quæ
me retrahat à veteribus malis, & ad ea impel-
lat, quæ mihi agonizanti solatio sint futura.
O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima!
ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde,
omnibusque tam corporis, quàm animæ viri-
bus centies millies, imò infinities te saluto: te
omni possibili omnium possibilium & actua-
lium creaturarum affectu amare &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Cum S. Joanne,
qui primus DEI Matrem salutavit, conabor
& ego primam evigilantis cognitionem ad
eamdem DEI Matrem salutandam conver-
tere.

Quis apud filium accusare illum audeat,
cui Matrem viderit patrocinantem. Si ipsa
est, quæ justificat, quis est qui condemnet?
Rick. à S. Laur. l. 2. de B. V.

Quæstio: An B. V. decollationi S. Joannis
hodiernæ interfuerit? *v. Nieremb. de amo B. V.*

S. Fiacrius Eremita insatiabilis erat in obsequiis Mariæ, quotidianis privata pietatis obsequiis non contentus, publica, quæ pluribus prodesse, molitus. Hujus honori templa, monasteria, hospitalia ædificabat, quibus erigendis ipse manus adhibebat; arbores ultrò se terræ immerferunt, ut templo B. V. ab eodem erigendo locum facerent. *Mayr.* Omnia nos invitant ad cultum Dominæ universitatis.

S. Fiacri ora pro me Deiparam, ut me sub suam maternam curam & protectionem suscipiat; in omnibus juxta beneplacitum Filii dirigat, omnesque petitiones meas, maxime sancti agonis desiderium impleri procuret. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: in memoriam 63. annorum, quibus Deipara vixit, toties terram osculabor.

Tu Mater pupillorum tuorum, audi ejulatum filiorum tuorum, extende alas tuas, ut fugiamus sub eas à facie inimici. S. *August. solil. c. 12.*

Quæstio: An die Assumptionis Deiparæ omnes animæ è purgatorio liberatæ sint? v. *Barrad. in Ev. to. 1. c. 11.*

S. Isabella foror Ludovici Regis honori Deip. monasterium condidit, quod Humilitas vocari voluit, in ejus morte cubiculum multâ luce coruscum apparuit, & vox audita: *In pace factus est locus ejus.* Corpus ipsum splendidum, & oculi stellarum instar radiare conspicebantur. *Barri fact. pium.* Humilitas locus est Mariæ.

S. Isabella doce me profundam humilitatem, quâ placeam Ancillæ Domini. Dominæ meæ, cujus humillimo & virgineo cordi totum me offero, illa mihi quamdiu vixero, sit Mater & fidelis advocata; illa in hora mortis assistat, nec deserat, donec in pace fiat locus animæ meæ. O Sanctissima DEI. & mea. Mater precationum! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, in ò infiries te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: In Marianæ Humilitatis memoriam, si externi actûs Humilitatis occasio defuerit, internum eliciam.

Tu ô Maria meritò plena charitate & misericordiâ diceris, quia omnium charitas per te floruit, & omnes per te inveniunt misericordiam. *S. Brig. l. revel. extrao.*

Quæstio: An Christi an Deiparæ assumptio fuerit gloriosior à pompa?

S. Anna Prophetissa Jerosolymitana, sanctitatis suæ præmium & felicitatem ingentem in eo consecuta est, quòd JESUM, MARIAM, & Joseph videre, ac amabilissimum Jesulum etiam sinu complecti, & dulces cum Deipara miscere sermones potuerit. *Evang.* Utinam plures hoc idioma callerent.

S. Anna, quæ jejuniis, obsecrationibus, maximè verò tam diuturna, usq; ad quatuor supra octuaginta annos continentia DEO, & Deiparæ placuisti; ora pro me Deiparam, ut illa me in ulnas protectionis suæ recipiat, cui me totum trado regendum, & omnia mea gubernanda transcribo; nunc & maximè in hora mortis ejus præsidium imploro.

O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: si non reali, spiritali saltem communionem reficiar, & JESUM hodie è manibus B. V. suscipere desiderabo.

Ego omnibus, qui mihi piè & sanctè servant, volo in morte fidelissimè tamquam Mater piissima adesse, eosq; protegere & consolari. *Blos. in moni. c. 12.*

Quæstio: An S. Anna Prophetissa B. Virginem esse DEI Matrem sciverit? v. *Sylveir in Evang.*

S. Stephanus Rex & Apostolus Ungariæ, ex toto Marianus, eum nasciturum Matri conspicua Deipara prædixit, 10. Episcopatus, plurima templa ejus honori erexit, regnum deinde universum velut peculium Dominæ hæreditatem Reginæ obtulit. *In vita.* Felix regnum hæc reginâ.

S. Stephane tui imitatione totum ego me, id est microcosmum, Deiparæ per te devo-
 veo; illa sensuum internorum, & externo-
 rum, illa corporis, & animæ meæ, illa cordis
 & omnium mearum fit Regina Facultatum:
 sic totus sum hæreditas Mariæ: præsit illa vi-
 tæ & morti; quam optimam sperabo, si
 hujus Reginæ servus obiero. O Sanctissi-
 ma Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego
 indignissimus filius tuus ex toto corde, omni-
 busque tam corporis, quam animæ viribus
 centies millies, imò infinities te saluto: te
 omni possibili omnium possibilium & actua-
 lium creaturarum affectu amare, tibi usque
 ad ultimum &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: cum D. Stephano
 quoties hodie Deiparam nominabo, toties
 Dominam meam esse dicam.

O Domina, princeps, atque Regina præstan-
 tissima, Dominarum Domina purissima, sub
 tuum præsidium confugimus, sub alis pietatis
 tuæ protege & custodi nos. *S. Ephr. de laud. Vir.*

Quæstio: An Ungaria potiori jure Apostoli-
 cam, an Marianum regnum dici debeat?

S. Euphemia Virgo & Martyr à Dæmonē, sanctis animabus semper infesto, jam jam in ruina præcipitanda ad solitum suum asylum Mariam confugit, & illico Angelicâ salutatione recitatâ Dæmonem fugavit. *Nad.* Quàm imbellis in pios Dæmon est.

S. Euphemia ora pro me Deiparam, ut me dulci mentis affectu ad ejus pietatis pedes prostratum, & inter lachrymas ejus pro ultima in agone lucta subsidium poscentem clementer aspiciat, ut ejus ope animæ meæ hostem feliciter fugem, ne me in barathrum æternæ damnationis præcipitem agat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima lego N. indignissimus filius tuus ex toto corde,

omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Antequam domo hodie egrediar, scuti loco Ave MARIA contra hostes infernales recitabo

Quæso, cum assistemus omnes judicandi, tu ut Maternam habens fiduciam & maximam potentiam, validâ illâ manu tuâ ab æterno igne nos eripias. *S. Germ. or. de Zona.*

Quæstio: An Dæmones Crucem, an Ave Maria plus horreant?

S. Rosa virgo longissimis jejuniis, & solidâ patientiâ mirabilis ostensa sibi & cœli gaudia, & inferni tormenta videre meruit, à Deipara visitata, & ut cilicio induta de rebns Divinis ad populum loqueretur, ab eadem est monita. Hæc post mortem Pontifici comparans dixit: Ego sum Rosa Viterbiensis, serva JESU & MARIÆ. *Nad.* Inter has spinas tales rosæ adolefcunt.

S. Rosa ora pro me JESU & MARIÆ servo, Deiparam, ut servum suum quantumvis indignum & peccatorem gratiâ suâ invisat, faciatq; ut non excidam expectatione meâ, quoniam in ea omnem post Dominû meum spem collocavi, sine qua mortem obire, & coram judice comparere intolerabile mihi foret. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: cum Vincentio Raymundo S. J. in honorem Reginae Angelorum 12. stellis coronatæ, totidem mortificationes offeram in litrum servitutis.

Erit gloriosa Virgo servientibus & amatoribus suis in die judicii umbraculum in æstu, & contra æstum judicii. *Rich. à S. Laur. l. 10. de laud. Virg.*

Quæstio: Ubi Deipara post ascensionem Christi habitaverit? *v. Barrad. 10. 10. in Evang.*

S. Benevenuta Ord. Præd. dum Ave MARIA Virgini diceret, Jesumque nominaret, hunc sibi præsentem conspexit. Singulis diebus Sabbathi melos audivit Angelicum, & aliàs à SS. Gabriele & Raphaële, quomodo Deiparam salutaret, est edocta. *Balin.* Quanta sub talibus Magistris spes profectis.

S. Benevenuta ora pro me Deiparam, ut, quæ nulli licet indigno sinum gratiæ recondit, me in protectione suam recipiat, ad eam, quæ verissima Mater est misericordiæ, recurro; utinam Angeli sancti me doceant, quomodo eam dignè salutare & amare possim. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Omnes SS. Angelos hodie visitabo, ut mecum & pro me MARIAM salutent, & ament,

Sicut pulli volitantibus desuper milvis ad gallinæ alas recurrunt, ita & nos sub velamento alarum tuarum abscondimur. *B. Tho. de Villanova.*

Quæstio: An omnes Angeli æqualiter Mariam ament?

B. Ægidius Rodericus Ord. Præd. primùm Magus, Dæmoni, & sceleribus omnibus addictus, repentino dein militis extrema minitantis vultu conversus, syngrapham, quâ se Dæmoni mancipaverat, post septennii preces ad Deiparam fufas ad ejusdem altare depositam recepit, pro qua gratia septennio rursus gratias dixit. *Mayr.* Quoties me potestati Diaboli Maria eripuit?

B. Ægidi ora pro me Deiparam, ut qui toties spontaneum me Dæmonis captivum feci, sincerè de peccatis doleam, rumpam vincula servitutis, jugum Principis tenebrarum excutiam, & pietissimæ peccatorum omnium Patronæ precibus & auxilio inferni potestati eripiar. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milles, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilitium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Tot altaria, si licet, B.V. invisam, quot annis gratias eidem egit Ægidius.

Damnat te chorus Justitiæ adi cum fiducia thronum misericordiæ; dum licet Mariam appellare. *Gerson tr. 6. in Magn.*

Quæstio: An Dæmones Mariæ imperio subesse cogantur? *v. Vega Theol. Mar.*

B. Joanna Ord. B. V. de Carmine singulis Marianorum festorum pervigiliis millies salutationem Angelicam, & die festo ejusdem officium septies iterabat; his in precibus ingens semper solatium experta, sed majus in ommissis, cum enim has preces ex obedientia semel in unicum Ave Maria commutare jussa, paruisset, Deiparam meruit videre obedientiae laudatricem, *In Vita*. Adeo oratio infra sui est victoriam.

B. Joanna supple precibus & fervore tuo temporem meum, ora pro me Deiparam, ut ejus laudibus indefinenter dicendi dignus inveniar; quas ita nunc inchoo, ut nullum iis finem velim tota aeternitate impositum. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animae viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omniumpossibilem & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitae &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Celebrabo expectationem partus Mariani dicendo Rorate caeli desuper &c.

Nescimus aliud refugium, nisi te; tu sola es unica spes nostra, in qua confidimus; tu sola patrona nostra, ad quam omnes aspicimus. *S. Tho. de villa nova. ser. 3. de Nativ.*

Quaestio: An S. Anna Deiparam sine ullo dolore pepererit?

B. Bonifilius servorum Mariæ Fundator, cui Angelorum choro cincta Dei Mater vestes religiosas exhibuit. Senio tandem confectus à Deipara inter canentes cælites ad cœli gaudia vocatus, mortem splendore miro coruscus obiit. *In vita.* Hodie nata, utinam nostris mentibus nunquam emoriatur *Maria*

S. Bone-fili Mariæ ora pro me Matrem tuam, & me in conservum illi offer; ecce ego ex intimo cordis parvulam hodie velut è cœlo mihi datam salutis Matrem saluto, amplector dulcissimam ejus benignitatem, quâ omnes ad se venientes benignè recipit & fovet; à qua nemo inconsolatus aut tristis abscedit. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium, & actualium &c. *fol. 19.*

Ad quod impetrandum: Juvabit quotidie per octavam 35. Ave Maria dicere, sic numerum dierum, quibus in utero S. Annæ quievit, recolere.

Patrona nobis felix nascitur, quæ nescit non esse propitia, hostem sævire non finit, opem non tardat suæ benevolentix. *Baldwin. in collectaneo.*

Quæstio: Cur Deipara è sterili Matre nata?
v. Barrad. to. 1. c. 3.

S. Audomarus Episcopus Morienſis recepto per miraculum oculorum lumine, cæcus iterum fieri petiit, ſi forte oculi animæ obſeſſent incolumitati. Egregium Deiparæ templum poſuit, ubi tumulari poſt mortem voluit, quam poſt plura raræ ſanctitatis exempla & prodigia felicem habuit, viſi ſunt Angeli ei Duces ad cœlum fuiſſe. *Nad. in an. Cœl.* Hiſ talis cæcus Ducibus qui erret?

S. Audomare ora pro me Deiparam, quæ mihi utroque oculorum meorum lumine charior eſt, ut ita oculis, ſenſibusque reliquis omnibus tam externis, quàm internis utar, ne me ſerò pœniteat tunc, cùm in morte oculos clauſero. O Sanctiſſima DEI, & mea, Mater pretioſiſſima! ego N. indigniſſimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te ſaluto: te omni poſſibili omnium poſſibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi uſque ad ultimum vitæ ſpiritus, quantum poſſibile erit, placere & ſervire deſidero. Hoc unum per pretioſiſſimum JESU Filii tui ſanguinem, per Immaculatam &c.
fol. 190.

Ad quod impetrandum: 35. Ave Maria inchoata, continuabo.

Quid mirum, quod præ aliis eſt dilecta, quæ præ aliis eſt delecta. *S. Bonav. in ſpec.*

Quæſtio: An B. V. in Matris utero ratione donata fuerit?
X. SE.

S. Nicolaus Tolentinus sabbathum rigido in pane & aqua jejuniō agebat, ad unum illud in templo auditum: *Nolite diligere mundum, DEI se obsequio totum dedit*, sex ante obitum mensibus nocte quavis concentum Angelorum audit; imminente mortē suavissimē ridens à JESU & MARIA ad cœlum se vocari asseruit. *Nad. ex vita.* Ubi animus, ibi sensus.

S. Nicolae, cujus valetudini curandæ remedia Dei Mater attulit, ora pro me, ut illa magē noxiis & fatalibus animæ meæ vulneribus clementer medeatur; impetra, ne nullus me ab ea separet, nemo de manu eripiat, sed bonā bonorum Mariæ filiorum morte moriar. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibūque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: 35. Ave Maria prioribus addenda.

Omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseretur affectu. S. Bern. ser. de verb. Apoc.

Quæstio: An astra in nativitatē B. V. habuerint aliquem influxum? v. Vega Theol. Mar.

n. 675.

M 2

XLSE

B. Dorothea vidua Pruthena omni vitâ Deiparæ cum primis amans, quæ ei numeroſo Angelorum cœtu ſociata comparuit, & maternis planè verbis afflictam ſolata eſt. A ſeptimo vitæ Anno ad nltimam ſenectam uſque ſingulis ſabbathinis conſtanter in pane & aqua jejunavit. *Bal.* Paucioribus natura indiget, quam putemus.

B. Dorothea ora pro me Deiparam, ut omnia oculis ſuis diſplicitia è corde meo eliminet, cuncta mala evellat, virtutibus impleat, ac inextinguibili ſui, Filii que amore ſuccendat, quo ardeam non ad mortem uſque tantum, ſed in æternum. O Sanctiſſima DEI, & mea, Mater pretioſiſſima! ego N. indigniſſimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te ſaluto: te omni poſſibili omnium poſſibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi uſque ad ultimum vitæ ſpiritum, quantum poſſibile erit, placere & ſervire deſidere. Hoc unum &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: hodiernum 35. Ave Maria debitum exolvam.

Nunquam fuit aliquis Sanctus, vel Sancta ita affecta ad ſalutem, & omne bonum populi Chriſtiani, ſicut Beatiffima Virgo. *S. Antonii 4. p. ſum. tit. 25. c. 20.*

Quæſtio: An nomen MARIÆ ab Angelo ſit impoſitum? *v. Barrad. to. 1. c. 4.*

S. Guido juvenis pauper, MARIÆ templo mundando, verrendo, & ornando fidelem & sollicitam operam impendit; minimos quoque animæ nævos frequenti, consideratâ, solidâ confessione eluere solitus. In morte lumen copiosè de cœlo lapsum eum illustravit, visa columba & cœlestis vox audita: Veniat dilectus noster ad percipiendam coronam. *Survius*. Etiam ignobiles virtus extollit.

S. Guido doce me opus aliquod & obsequium MARIÆ gratum præstare, paratus eî non tantum usque ad defatigationem, & sudorem, sed & usque ad sanguinem servire: ora pro me Deiparam, ut omnes peregrinationis meæ dies ita transigam, ut portum æternæ felicitatis ejus adjutorio contingam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: restant 35. Ave Maria iteranda.

Ad MARIAM respiciunt, & qui habitant in cœlo, & qui degunt in Purgatorio, & qui habitant in mundo. Primi ut resarciantur; secundi ut eripiantur; tertii ut liberentur. *Hugo Card. sup. Cant.*

Quæstio: Quando & à quo Deipara fuerit baptizata? v. *Suarez tom. 2. in p. 1. disp. 19. ser. 3.*

S. Conradus Deiparæ honori facellum de eremo dictum hac die consecraturus, vidit ejus dedicationem solenni pompa à Christo ipso peragi, in qua S. Michaël cum reliquo Angelorum choro concinebant, & Mariam præsentem collaudabant. *Nad.* Aded charum est Deo, quidquid est Mariæ sacrum.

S. Conrade ora pro me Deiparam, quam ab omnibus Angelorum choris salutari, & mei loco glorificari desiderarem, vellem præclarissima Sanctorum omnium amoris indicia, & omnium creaturarum obsequia solus ego ei præstare possem, ut vel sic Dominæ meæ placerem, ac ejus mihi favorem pro felici morte impetrarem. O Sanctissima Deæ, & meæ, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quam animæ viribus centies milles, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilem & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: destinata 35. Ave Maria continuabo.

Miseris & afflictis condolet coacta & subvenire non pigrescit, & apud fideles, omnium pietatis est ministra. *S. Ign. M. Epist. ad S. Joan.*

Quæstio: An B. V. fuerit ante Conceptionem Matri prænuntiata? *v. S. Ansel. l. de conc. Virg. c. 2.*

S. Maternus Episcopus Tungri Deiparæ, in
perpetuum sui amoris monumentum, æ-
dem sacram posuit. Quadagesimo post obi-
tum die iterum vitæ restitutus, vidit sibi è cœ-
lo fulgentem exhiberi coronam, rosis, liliis,
geminisque contextam, ad quam capessen-
dam invitatus libenter paruit. *Nad.* Libens
relinquit terrena gaudia, qui securè sperat me-
liora,

S. Materne ora pro me Deiparam, ut quem
admodum tu bis felicem per eam mortem ob-
tinuisti, mihi quoque hanc ab eadem gratiam
impetres, ut, quam semel obiturus sum, mors
mihi felix contingat. O Sanctissima Dei,
& mea, Mater pretiosissima! ego N. in-
dignissimus filius tuus ex toto corde, omni-
busque tam corporis, quam animæ viribus
centies millies, imò infinities te saluto: te
omni possibili omnium possibilium & actua-
lium creaturarum affectu amare, tibi usque
ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile
erit, placere & servire desidero. Hoc unum
per pretiosissimum JESU Filii tui sangui-
nem. &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: 35. Ave Maria
reperenda.

Hodie nata est Regina mundi, fenestra cœ-
li, janua paradyfi, tabernaculum DEI, stella
maris, scala cœlestis. *S. Petrus Dami.*

Quæstio: An B. V. nata sit hæres regni Ju-
daici? *v. Carth. l. 2.*

S. Aichardus Deiparam privato studio colere non contentus, ut plures ad ejus amorem excitaret, Patri suo author fuit, ut templum & monasterium nongentorum Religiosorum capax in Deiparæ honorem à fundamentis ædificaret; in quo Aichardus Abbas factus uno die 150. è suis ad cœlum transmittit. *SURIUS.* Etiam filii parentes cœlo parere possunt.

S. Aicharde ora pro me Deiparam, ut clientem suum à peccato, id est malo malorum omnium gravissimo, à periculosis, in quibus lapsurum me vider, peccandi occasionibus defendat, ut recto tramite intrepidus per mortem æternitatis iter ingrediar. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Addenda prius inchoatis 35. Ave MARIA.

Toto mentis affectu B. Virginis nos intercessionibus committamus, ut ipsa nos sedulâ prece commendare dignetur in cœlis. *S. AUG. ser. 35. de Nat.*

Quæstio: Quâ die hebdomadæ nata sit in mundum B. V. ? v. *Caribus. l. 2. ho. 2. n. 8.*

S. Ludmilla Ducissa in Bohemia idololatriæ primùm dedita, dein per baptismum Ecclesiæ aggregata, idoli locò DEI imaginem venerari, ejusdemque vitam, ut potuit, imitari statuit, à qua etiam lachrymarum donum impetravit. *Mayr.* Etiam spinæ parturiunt rosas, & tenebræ lucem.

S Ludmilla ora pro me, ut fluant lachrymæ meæ die ac nocte, quæ plangam errores vitæ meæ. Commenda me Deiparæ, ut residuo forsitan brevi finiendo, vitæ tempore ita me adjuvet, ut sine gravi DEI offensa peracto feliciter vitæ hujus, & supremo illo mortis actu eam æternùm cum filio laudem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilitum & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Complebo dierum, quibus in utero Matris B. V. latuit, numerum, dicendo 35. Ave Maria.

Maria illo edocta lumine, cui nuda & aperta sunt omnia, cuncta nostra videt discrimina, nostrique clemens ac dulcis Domina, materno affectu miseretur. *S. Amade. hom. 8. de laud. Vir.*

Quæstio: An B. Virgo in utero materno mereri cæperit?

B. Clemens Capouius Ord. Præd. nobilis
 Marthæ tamen sorte contentus, servilibus
 se obsequiis addixit, cum, aliis ad mensam de
 more euntibus, precibus ad Deiparam con-
 fueris absolvendis insisteret, ex ejus imagine
 vocem audit, quâ ad mensam abire jussus,
 plus Deiparæ bonâ voluntatem cum obedien-
 tia, quàm pietatem cum singularitate placere
 didicit. *Bal.* Non pugnat virtus una cum altera.

B. Clemens ora pro me Deiparam, ut illa
 filium suum mihi clementem faciat, excuset
 apud illum peccata, quæ timeo: quia nec po-
 tiorem meritis ad impetrandum, quæ deside-
 ro, nec ad placandum Judicem efficaciorum
 reperio; flectat illa dulcedine suâ justam Filii
 indignationem. O Sanctissima DEI, & mea,
 Mater pretiosissima! ego N. indignissimus
 filius tuus ex toto corde, omnibusque tam
 corporis, quàm animæ &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: In Mariani no-
 minis memoriam, singulis chartæ, in qua ho-
 die aliquid scribam initiis, præfigam Jesu,
 Mariæ, & Joseph nomen.

Quò sublimiùs immensæ Regis cor aspicit
 Deipara, eò profundius divinæ gratiæ pietatis
 afflictorum & misereri, & miseris succurre-
 re novit. *S. Amade. ho. 8. de laud. Virg.*

Quæstio: An B. Virgo habuerit fomitem
 virtutum, quâ propendebat ad bonum, *v. Vega
 Theol. Mar. pal. 34.*

S. Thomas de Villanova Archiepiscopus, cujus granarium in usus pauperum erogatum, iterum divinitus plenum repertum est. Cum festo Purificatæ Virginis die coram Crucifixi imagine piis in Christum & Matrem eius affectibus vacaret, id è Crucifixo solatium accepit, ut se ad festum Deiparæ natæ mortuum intellexerit. *In Vita.* Quem Maria sæpe audit orantem, hic audiet Mariam ad coelum invitantem.

S. Thoma ora pro me Deiparam, ut illa me ita ultimi agonis per internas inspirationes admoneat, ut simul gratiam ritè ad eum sanctè obeundum me parandi, benignè largiatur, illa suavissimo virtutum suarum odore me in Dei amorem trahat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima lego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilem & actualium creaturarum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Cum S. Thoma, si quid triste, aut acerbum mihi contigerit, illud Deiparæ exponam, apud eam querelæ levamen quæram.

Agnoscat illa Mater filios, libera captivos, delitiis cœlestibus impinguata famelicos. *B. Laur. Justin ser. de Ass. B. V.*

Quæstio: An in B. V. rectè cadere potueris admiratio? *6. Vega Theol. Mar. p. 7. c. 3.*

B. Maria Magdalena Teutonica Ordinis servorum B. V. vocationis suæ mensuram explevit, imò superavit, nec enim servili metu, sed amore filiali in Virginem rapiebatur, nunquam illi jucundius, quàm cum se Deiparæ servam esse meminisset. *In Vita.* O quam vana nunc hominum judicia!

B. Magdalena ora pro me, ut non cum perturbatione timoris, nec ullius præmii spe, sed ob bonitatem eximiam Deiparæ serviam; ejus servituti ex nunc iterum cor & animam addico, hoc uno lætus & satur, si dignus habitus fuero, qui Mariam amem. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities te saluto: te omnī possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Optabo hodie, ut singuli arteriæ ictus totidem sint Mariani amoris actus.

Dabit B. V. dona hominibus, quidni daret? siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina cœlorum est, misericors est. Denique est Mater unigeniti Filii Dei. *S. Bern. ser. 1. de Ass.*

Quæstio: Cujus coloris capillum Deipara habuerit? *v. Carth. l. 2. hom. 5. n. 20.*

S. Avitus Claromontanus in Arvernia Episcopus ut amorem, quem in Mariam tenerimum semper alebat, opere testaretur, Cathedralē ejusdem honori Ecclesiam à fundamentis erexit, cui Dominæ à portu nomen adhæsit. *Balin.* Nisi portum hunc subimus, naufragamur.

S. Avite ora pro me Deiparam, ut in procelloso hujus mundi mari ipsa mihi & cynosura & portus esse dignetur: ita me faciat per bona opera meritis abundare, ut DEUS dignetur in corde meo habitare. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per preciosissimum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Si nomen MARIÆ pronuntiandum hodie occurrat, illo præ reverentia omisso, alium titulum substituam.

Majorem nunc Virgo per beneficia innumerabilia ostendit hominibus misericordiam, quia magis nunc videt innumerabilem hominum miseriam. *S. Bonav. in spec. c. 8.*

Quæstio: An sabbathi die mitius in purgatorio poenæ sæviant in Mariæ amatores?

S. Matthæus è divite publicano Apostolus, qui apud Parthos ac Æthiopes draconibus imperavit, Regem baptizavit, & ejus Filium à mortuis suscitavit; dum sic Christum gentibus inculcat, etiam debitum MARIÆ cultum propagat, ejusque imagines venerandas decentibus locis proponit, cujus diversa etiamnum monumenta exhibet Æthiopia. *Euseb. hist. Rarum miraculum: dives salvus.*

S. Matthæe ora pro me ut affectum à terrenis abstractum, in DEUM, ejusque Matrem sincerè amandam convertam; promptè omnia, propter quæ his displicere possem, deseram, ut in omnibus sanctam, puram, simplicem, & Deiformem intentionem habeam, nec aliud quæram, aut desiderem, quàm JESU placere & MARIÆ. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Cùm legendum occurrerit hodie Mariæ nomen, illud nudato capite venerabor.

Quis est super quem sol non luceat? quis est super quem misericordia Mariæ non resplendeat? *S. Bonav. c. 8.*

Quæstio: An S. Matthæus Evangelium à Maria acceperit? *v. Euseb. c. 1.*

S. Salaberga Princeps, vidua, dein sanctimonialis, à S. Anserico Episcopo sibi apparente didicit, longiorem sibi vitam, Deiparæ precibus, impetratam esse, ut sororibus adhuc exemplo pietatis prodesset. Mortis diem Angelo nuntiante 100. diebus prius rescivit, à quo ad magnificentissimum se palatium invitari conspexit. *Nad.* Promptius è cella ad cœlum, quàm ex palatio est iter.

S. Salaberga ora pro me, ut ita, & tam diu vivam, sicut DEO, & Deiparæ placet, & animæ meæ expedit. Hoc unum ambio, ut tantilli, & inutiles labores mei cedant ad eorum honorem, cui defendendo mortem pariter obire sum paratissimus. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, &c *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Si quorum cura civilis, vel spiritualis mihi incumbit, eos Deiparæ commendabo, utque iis profum rogabo.

Apud Mariam pauper habet domicilium; ibi infirmus invenit remedium; ibi tristis accipit solatium; ibi turbatus meretur consilium, ibi destitutus acquirit juvamen. *Th. Kemp. ser. 5. ad Nov.*

Quæstio: Utrum Angelis præter adorationem Christi etiam iunpositum fuerit decretum venerandi Deiparam? *v. Vega Theol. Mar.*

S. Thecla, S. Pauli in fide primogenita, & prima inter fœminas Martyr, eum à S. Paulo in Mariam affectum traxit, ut videri posset non nisi Mariam diligere. Sæpius Deipara clientibus suis comparans eam sociam habere voluit; à feris, quibus in escam projecta fuit, immunis. *In vita.* Feriores innocentia Leonibus sunt lenones.

S. Thecla ora pro me Deiparam, ut qui tot dies & annos inutiliter, & utinam non sceleratè perdidit, nunc vivere discam, & debitis ad DEI, & MARIÆ obsequium occupationibus usque ad mortem constanter insistam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima lego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum JESU Filii tui sanguinem, per Immaculatam Conceptionem tuam, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Desiderium in me frequenter excitabo, & fovebo, me non velle cedere ulli in amore Mariano.

MARIA plena est unctione misericordia, plena oleo pietatis. *S. Bonav. c. 7. spec.*

Quaestio: An S. Thecla Mariæ convixerit?

V. Nam.

XXIV.

S. Gerardus Episcopus Chanandienfis, S.

Emerici Ducis Ungariæ morum Magister, ut nasceretur, à Deipara impetratus, Ungaros tenero Mariæ amore imbuit, ad ejus aram duos viros perpetuum thus litantes constituit. Sabbathum totum Mariæ dabat obsequiis. *Surius.* Aurora fidei plus lucis per Ungariam diffudit, quàm adulta dies.

S. Gerarde ora pro me Deiparam, ut ignem sinceri in eam amoris perpetuum alat cor meum, nec die nec nocte cessam ab ejus & DEI laude, ut vel sic, quidquid hæctenus à me malè actum est, suppleam; & optatam gratiæ & misericordiæ abundantiam pro agone feliciter obeundo obrineam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Cum S. Gerardo lecto privatim hodie Mariæ nomine genu inflectam.

Sunt misericordes oculi Mariæ, qui pietatis munus ad certas regiones & loca, ad certa momenta temporū non alligârunt, illos ergo misericordes oculos ad nos cõverte. *Mart. de Mag.*

Quæstio: Indigenis, an alienigenis potius debeat Ungaria, se esse Marianam.

S. Lupus Lugdunensis Episcopus, ut suæ in Deum ejusque Matrem devotioni uberius vacare posset, eremum subiit; sed quia virtus ejus Sigismundo Regi innotuit, ad sedem Episcopalem vocatus, populum eadem pietatis in Deiparam officia, quibus ipse deditus erat, docuit. *Barri. Præclarum custodem ovium hunc lupum!*

S. Lupe ora pro me Deipram, ut omnes peccandi occasiones sedulus fugiam, bonorum vero operum exercendorum oportunitates apprehendam, itaque operer nunc, ut me in agone nec pudeat vixisse, nec poeniteat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: cum P. Suarez hodierno die in studiorum meorum dubiis, uti & ante eorum initium à B. V. lumen petam.

Inter divina & humana media mediatrix est Maria; humana supergreditur, dum tam sublimia per Filium operatur. *Rich. Victorinus.*

Quæstio: An Amor Dei in Maria ferventissimus ademerit ei potentiam ad peccandum. *v. Vega Theol. Mar. n. 1292.*

S. Justina V. & M. ope Deiparæ impurum Dæmonem per artes Magicas à Cypriano ejus pudicitæ proco missum & ad fœda sollicitantem constanter rejecit ; quâ Castimonia Cyprianum ad fidem amplectendam, & Martyrium unâ secum subeundum permovit. *Greg. Naz. de S. Cypr.* Ubique tuta vivit bona conscientia.

S. Justina ora pro me Deiparam, ut cum ego astutis Dæmonis fallaciis superandis insufficiens sim, illa magnum hunc animæ hostem procul à me arceat, ab omni periculo me præservet, nec non ab omnibus visibilibus & invisibilibus hostibus tueatur. O Sanctissima Dei & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimam vitæ Spiritum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Cum S. Mechtilde Christo supplicabo, ut suo meum in Deiparam amorem suppleat.

Propter convenientiam, multiplicemque unionem inter Mariam, Divinamque sapientiam ferè omnia, quæ de Divina dicuntur sapientia, exponi possunt de Maria. *Rich. d. S. Laur. l. 1. c. 5.*

Quæstio: An Diabolus possit in imagine Deiparæ comparere?

S. Elzearius Comes, ut virginitatem tueretur immaculatam, cilicio corpus, DEI & Matris ejus amore cor vallabat, sabbatho plerumq; divinis illustrationibus auctus, vile mundi totius nihilum contemnere didicit. Miram in Ave MARIA recitando suavitatem expertus, orationis & vitæ Magistram à JESU MARIAM accepit. *In vita.* Nos eadem Magistrâ quàm dissimiles discipuli?

S. Elzeari ora pro me Deiparam, ut universam vitæ meæ obsequium suis unitum meritis Filio offerat, proq; residuo vitæ tempore, & potissimum mortis articulo gratias impetret, quibus adjutus Divinam in omnibus expleam voluntatem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilem & actualium creaturarum affectu amare, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: certum mihiq; familiarius peccatum, aut defectum specialius hodie amore Deip. cavendum statuam.

Nec à Dominatione, nec à potentia Filii Mater potest esse disjuncta. Una est MARIE & Christi caro, unus spiritus, una charitas. B. Arnold. Abb.

Quæstio: An B. V. futura contingentia præcognoverit in eorum causis? v. Vega; Theol. Mar. n. 1002.

S. Lioba Virgo Abbatissa, cum DEO & de DEO ardentem loquendi cupidissima, horrendam tempestatem, cujus metus populum omnem ad templum coegerat, brevi ad Deiparam oratione fusâ, momentò dissipavit. *Su-
kins.* Electæ ut soli cedunt nubes.

O S. Lioba horrendum est fulmen, quod ego timeo, quodq; sive comedam, sive bibam, seu aliud quid faciam, semper in auribus sonat meis; nempe: Surgite mortui, venite ad Judicium: tu pro me Deiparam ora, ut mei locò Filium Judicem placet, ac ab æternæ damnationis fulmine immunem faciat. O Sanctissima DEI, & mea Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: aliquid annotabo, ut sunt industriæ colendi Deiparam, aut preces ad eandem, aut aliud quid Deip. cultum concernens.

B. V. in tantum DEO proxima fuit, tantaq; sanctitate resplenduit, ut creatura aliqua non unita verbo nec perfectior nec majoris boni capacior fuerit. *S. Bonav. ser. 2. de Annunc.*

Quæstio: An B. V. habuerit scientias infusas? *v. Vega in Theol. Mar.*

S. Michaëlis Arch. bilancem, quâ Mariophili cujusdam vitam is examinabat, Deipara apposito rosario in favorem sui clientis prægravare visa est, creditur etiam S. Michaël Mariæ in cœlos Assumptæ totas Angelorum myriades in occursum duxisse. *S. Greg. Turon.* Quid pronius, quàm ut Reginae occurrant subditi.

S. Michaël judicii particularis Præposite, tibi animam meam specialiter commendo, ut cum corpore egressa, bilancem tuam examinanda subierit, non mea, quæ pauca sunt, attendas merita, sed intercessione Magnæ tuæ, meæque Reginae plus habens inveniar. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unū &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: dicens Gloria Patri &c. addam & Beatissimæ Virgini.

Regina es ob largitatem, largiris enim servis tuis dona gratiarum, vestes virtutum, thesauros meritorum, magnitudinem preciorum. *Rich. à S. Laur. de laud. V. l. 4.*

Quæstio: magis gratulentur Angeli Mariam esse creatam, quàm se?

S. Hieronymus, quòd Ciceronianus esset, ab Angelis flagellatus, Marianus esse elegit, virginitatis Marianæ defensor, ejusque laudum scriptor eximius, vitam ad præsepe Mariæ sanctitate illustrem egit, mortuus Romam translatus in æde Mariæ Majoris quiescit, semper Marianus fœdis cogitationibus sollicitatus, eas hebdomadariâ quandoque inediâ, saxoque pectori alliso expugnabat. *In vita.* Saecos nos, qui tam molliter carnem foveamus.

O S. Hieronyme cujus auribus terrificæ illa Angeli ad judicium evocantis tuba continuo sonabat in auribus, impetra mihi à Judicis Matre, ut mortis & æternitatis semper memor ita vivam, ut judicium benignum sperare possim. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Judicii extremi memor, ad usum aquæ benedictæ B. V. hodie, ut Judicis Matrem, pro intercessione implo-
rabo.

Fuit Dominus in B. V. & ipsa cum Domino in eodem labore, in eodemque opere nostræ redemptionis. Mater misericordiæ Patrem misericordiarum adjuvit in opere nostræ salutis. *Rich. à S. Laur. l. 1. c. 5.*

Quæstio: An Deipara ut advocata sit præsens futura in judicio.

B. Andreas Cretenſis vidit hodie Deiparam in
 aëre Filio pro Chriſtianiſ, ne meritas cri-
 minum ſuorum darent pœnas, ſupplicantem:
 unde apud Græcos dies hodierna *protectio*
MARLÆ nominatur. *Nad.* O mihi hæc dies
 nunquam occidat?

O B. Andrea! ora pro me Deiparam, ut &
 mihi velit eſſe & manere protectio, quæ pro
 me placet Judicem; ut ſicut ille per eam factus
 eſt particeps humanitatis noſtræ, ita per eandem
 nos quoque Divinitatis ejus conſortes eſſe me-
 reamur. O Sanctiſſima DEI, & mea, Mater pre-
 tioſiſſima! ego N. indigniſſimus filius tuus ex
 toto corde omnibûſque tam corporis, quàm
 animæ viribus centies millies, imò infinities
 te ſaluto: te omni poſſibili omnium poſſibiliû
 & actualium creaturarum affectu amare, tibi
 uſque ad ultimum vitæ ſpiritum, quantum
 poſſibile erit, placere & ſervire deſidero.
 Hoc unum per pretioſiſſimum &c. *ſol.* 190.

Ad quod imperrandum: optabo eſſe Mar-
 tyr ob deſenſionem honoris Mariani.

Advocata eſt B. V. coram Filio, nobiſque
 generaliter impetrat omne bonum. Siqui-
 dem deerat nobiſ advocatus, antequam Ma-
 ria naſceretur, quare dixit Pater æternus:
 non eſt bonum, hominem eſſe ſolum. *Ri-*
chard. l. 2.

Quæſtio: An Maria acceleraverit Incarna-
 tionem Chriſti?

B. Godefridus cum Christo per templum familiariter deambulare visus, illud constanti erga Dei Matrem affectu promeritus est, ut ei conspicua Virgo Sanctissima in discessu dixerit: Brevi me sequêris in cœlum, ad mercedem laborum. *Nad.* O utinam sonet hæc vox in auribus meis! sed! pauci vocati!

B. Godefridè ora pro me Deiparam, ut vivam, ut pauci solent, ac ut moriar, ut pauci, sicque cum paucis vocatis & electis computer; quod spero, cum non ad damnandum, sed salvandum peccatores Conditor noster ex Maria natus est. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum &c. *fol. 19.*

Ad quod impetrandum: Cum Berullo Cardinale, qui festum in Congregatione Oratorii, cujus author fuit, de dotibus B. V. instituit; pro iis B. V. concessis Deo gratias agam, & Mariæ gratulabor.

Stabat juxta crucem Maria, non ut dolorem Filii consideraret, sed ut salutem humani generis expectaret. *Richard. & S. Laur. l. i. c. 5.*

Quæstio: An quis Deum debite amare possit absque amore Deiparæ?

B. Isaias Boner Ord. S. Aug. multas noctes ante iconem Deiparæ orans exegit, ejus ope scientiam adeptus multos hæreticos convertit; ejus nominis invocatione mortuum suscitavit, ab eadem in agone ad cœlum invitatus, post mortem corpus in signum virginitatis splendere visum. *Ex vita.* Ita glorificantes se glorificat Maria.

B. Isaias ora pro me Deiparam, ut quæ partu suo inferorum solvit repagula, etiam scelestorum meorum chirographum rumpat, & suâ intercessione efficiat, ut evadam supplicia, quæ me secundum demerita mea sine fine duratura expectarent. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milles, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: dicam cum Deipara *Magnificat*: pro dotibus eidem concessis, sed post singulos versus addam, Gloria Patri &c.

B. V. Mater est omnium nostrum secundum omnes proprietates maternitatis, quia unum hominem genuit, in quo omnes regeneravit. *B. Alb. M.*

Quæstio: An B. V. habuerit omnia dona Spiritus Sancti adhuc in utero in gradu perfectissimo humanitus possibili? *v. Suarez de vita B. V. disp. 4.*

S. Franciscus cœlestis inter homines Angelus,
& homo Angelicus, totus in Mariæ amore
Seraphicus, ante festum Assumptæ 40. diebus
jejunabat, semper Deiparæ iconem gestabat in
pectore. Eger cor suum post mortem ad ædem
Mariæ de Portiuncula deferri voluit, ubi illud
Angelicis manibus sepultum creditur. *Ex vi-
ta. Ubi thesaurus, ibi cor tuum.*

O S. Franciscè qui per B. V. à Christo in-
dulgencias impetrâsti, ora pro me Deipram,
ut priusquam moriar, integram peccatorum
meorum consequar indulgentiam; agnosco
animam meam mille iniquitatum ream, spe-
ro tamen, quòd ut Maria intercedente tu orbi,
ita & mihi gratiam & veniam delictorum im-
petrabis. O Sanctissima DEI, & mea, Ma-
ter pretiosissima! ego N. indignissimus
filius tuus ex toto corde, omnibusque tam
corporis, quàm animæ &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: has per Mariam
impetratas indulgentias hodie lucrari cona-
bor.

Maria est sabbathum nostrum, quo requiesci-
mus, solis dies, quo illustramur; lunæ, quâ be-
nignè reficimur; Martis quo & certamus &
vincimus, Mercurii, quo sapimus; Jovis quo
letamur; Veneris denique dies, quo castè ama-
re didicimus. *Salazar.*

Quæstio: An B. V. dare possit peccatorum
indulgencias?

S. Meinulphus colloquio de rebus divinis audito ad meliorem vitam accensus, ad eandem inter occurrentes difficultates continuandas miris visionibus animatus, post mortem ope Deiparæ vitæ est redditus, ut quædam salutaria suos edoceret. *Nad.* O quàm alia hujus, quàm vanitati servientium fuere consilia.

S. Meinulphe, in cujus tumba cymbalum repertum est. Quod si cui è coenobio moriendum erat, sono suo signum edebat, impetra mihi hanc à Maria gratiam, ut non priùs moriar, quàm conscientiam intus monente me ritè ad mortem disponam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omniam possibilibum & actualium &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Foederatorum eorum me numero jungam, qui pro mutua invicem corporis & animæ incolumitate quotidie lauretanas Virginis laudes recitant.

Divinum quoddam opus efformandum accepit, cum Matrem suam Virginem Mariam Deus condidit. *S. Bonav. c. 3 spec.*

Quæstio: An sicut Deipara nullam unquam habuit propensionem ad peccatum, ita aliquem habuerit fomitem ad virtutem? *v. Celad. in Justit. c. 8. §. 1.*

S. Bruno, viso Doctoris Parisiensis iusto DEI
 iudicio accusati, iudicati, condemnati in-
 teritu, Carthusiæ Fundator factus, qui ordo
 cœlesti visione certus redditus est, æternam illi
 Mariæ tutelam ad futuram, si ejusdem offi-
 cium quotidie recitarent, quod & agunt.
 Ejusdem religionis alumnos ad severam reli-
 giosæ vitæ disciplinam animavit Deipara.
Nad. Plura ferre possumus, quàm credamus.

O S. Bruno sicut tu per Doctoris illius è fe-
 retro te docentis spectaculum te elongasti à
 Vanitate, fugiensque ad solitudinem melio-
 rem vitam inchoasti, mihi quoque hanc à
 Deipara gratiam impetra, ut similium cogi-
 tatione à vanis abstrahar, me ad bonam mor-
 tem parem, ne incidam in manus DEI viven-
 tis. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretio-
 sissima! ego N. indignissimus filius tuus ex
 toto corde, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Pro recepto Car-
 thusianis more hodie cubiculum ingressurus,
 primum in ea Deiparam in icone salutabo.

Inter omnia opera æterni opificis, post ope-
 rationem illam, qua nostræ naturæ unitus
 est Filius tuus, speciale opus fuisti ô B. Maria,
 qui ad hoc te fecit, ut quod de primo opificio
 fuerat deformatum, per te reformaretur. *Idiota*
c. 4. in cant.

Quæstio: Cujus temperamenti fuerit Dei-
 para? *v. Raynau. in Dipt. Mar.*

S. Pelagia gravissimis prius obstricta sceleribus mutata repente vitâ rigidam actura pœnitentiam se Mariæ mancipatui tradit, cuius ope peccatorum veniam, & sanctam mortem obtinuit. *In vita.* Ita etiam Venus in cœlum transfertur, si pœnitens fit.

S. Pelagia ex intimis animæ meæ penetrabilibus ingemo, quoties me delictorum, quæ perpetravi, urget conscientia! percussio proinde pectus, & contrito corde clamo: Peccavi: tu mihi per Mariam, unicam spem meam, delictorum veniam, & beatam mortem impetra. Illa mihi fit Maria de victoria in terris, & Maria te triumpho in cœlis. O Sanctissima Dei, & mea, Mater preciosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus generies milles, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Mariam hodie de victoria, pro subigendis & Ecclesiæ, & meis animæ hostibus invocabo.

Unaquæque arbor ex fructu suo cogno scitur, ita ut generatio nobilissimi fructus arguat nobilitatem generationis. Sed unus solus est nobilissimus fructus, uteri nempe virginialis. *B. Alb. M. tr sup. Miss.*

Quæstio: Cur quos Deus rejicit, Mater exaudiat?

S. Birgitta septennis à Deipara coronam accepit, multas ab eadem revelationes major edocta, de clientibus suis ita Deipara eandem informavit: video labores eorum; occurram eis in morte, & collocabo eos mecum in sede cœlesti. *Nad.* Otiosus mercedem non expectet.

S. Birgitta pauca admodum sunt, quæ hæcenus Mariæ obtuli obsequia, sed & ea tot defectibus obnoxia, ut mercedem sperare nullam possim. Tu proinde pro me, ut olim pro Filio tuo Carolo efficaciter ora, mei locò merita tua Mariæ præsentata, ut eorum incuitu illa animæ meæ curam in egressu è corpore assumere dignetur. O Sanctissima DEI & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: cum S. Birgitta potius inferni cruciatus pati, aut in rerum natura non esse optabo, quàm ut Maria Dei Mater non esset.

Nobis sanè Mater hæc tota miraculum est, quæ singulariter & sine exemplo Mater est & Virgo, quia in Deum transfert hominem. *Guerr. Abb. ser. 3. de Ann.*

Quæstio: An B. V. corporaliter ipsa compareat, an per Angelum?

S. Dionysius à fidei hostibus flagellatus, & super lectum ferreum affatus cantabat, huic Deipara morienti adfuit, quam etiam sanus videre meruit, è cuius conspectu se intus & foris odore splendoréque perfusum, tantam insuper animo voluptatem hausisse f. ffus est, ut nisi fides prohiberet, eam Deam esse credidisset. *Canisius*. Quid erit totâ eam æternitate intueri?

S. Dionysi ora pro me, ut post agonem feliciter superatum, & DEI, & Matris ejus visione æternum fruam. Tu felici tramite caput ipse demessum ad sepulchrum deportasti; fac ut ego vivens eò semper tendam tramite, ut à porta cœli non aberrem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omniposibili &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: cœlum sæpius hodie suspiciam, & Mariam videndi desiderium excitabo.

Tanta Mariam videndo omnium in me odoramentorum superabundavit fragantia, ut nec corpus, nec spiritus posset tantæ felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum; defecit spiritus meus, tantæ gloriæ Majestatem perfusus. Ita S. Dionys. in ep.

Quæstio: An B. V. vivens splendorem à se diffuderit? v. *Canisium*. X

S. Franciscus Borgia è Gandiæ duce humilis Religiosus, & Soc. JESU Generalis non prius suam quàm DEI, Matrem didicit nominare, hujus cultus promovendi per omnem vitam studiosissimus, plurimas ejus imagines ex autographo S. Luca desumptas per orbem distribuit. *An. Soc.* Tu eandem cordi insculpe.

S. Franciscæ, qui omnem sæculi pompam unico mortuæ Isabellæ conspectu contempisti, utque te ad mortem beatè obeundam componeres, opes & ditionem deseruisti; doce me sæpe de morte cogitare, ut hæc cogitatio sit optima ad eam benè obeundam præparatio. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Si cum S. Borgia iconem Mariæ sculpi, aut pingi curare nequeo, similem saltem hodie conabor venerari.

Quicunque morborum sanationem, peccatorum obliterationem, calamitatum omnium submersionem, regni cælorum quietem fitit, cum fide ad me veniat, ait Deipara apud. *S. Damasc. or. 2 de det. V.*

Quæstio: Quod regnum maximè illustre sit à Thaumaturgis Deiparæ imaginibus? *v. Gumpent. Atl. Mar.*

B. Jacobus Ulmenfis è milite S. Dominici fe-
ctato, tentantem ac flagellantem se Dæ-
monem vicit, cœlesti luce circumfusus, à Ju-
ventute rosarium orare doctus, eâdem in Ma-
riam pietate diem inchoabat & claudebat.
Cubiculum monstris plenum reperiens in-
choatâ officii Mariani recitatione liberavit,
Privilegio Castitatis à B. V. donatus. *Vita.* Scio
quòd non possim esse continens, nisi Deus de-
per Mariam.

B. Jacobe ora pro me, ut sicut tu diem, ita
ego vitam Marianâ pietate concludam, & om-
nes animæ hostes iisdem, quibus tu armis elu-
dam, impetra mihi à Deipara, ut ubi à Dæmo-
nibus moriturus infestabor, ejusdem pietate
defendar, audiamque quæ tu audire meruisti.
Ingentia sunt, quæ tibi pro parvo labore præ-
mia proponuntur. O Sanctissima Dei, &c f. 190.

Ad quod impetrandum: Aliquas ad Dei-
param preces memoriâ tenere conabor, ut eas
per intercalaria temporis intervalla recitare
possim.

Omnibus omnia facta est Maria sapienti-
bus & insipientibus, copiosissimâ charitate
debitricem se fecit, omnibus misericordiæ
finem aperuit, ut de plenitudine ejus acci-
pian universi. *S. Bern. in Apoc.*

Quæstio: An ideo Joannes præferendus
Petro, quòd huic Ecclesiam, illi Matrem suam
Christus commendaverit? *v. Vega Theol. Mar.*

S. Walfridus Episcopus laboribus, itineribus, animarum zelo, falsis calumniis, crebris exiliis mansuetissimè toleratis gloriosus, ad extrema deductus à S. Michaële intellexit, fratrum fufis ad Deiparam precibus & lachrymis vitam sibi per quadriennium esse prorogatam. *Nad.* Vita reddenda est ei, à quo accepimus, vitam pro vita.

S. Welfride cujus vitæ finem curandum suscepit Deipara, ora hanc agonizantiū Matrem etiā pro me, ut ego eam vitæ meæ curam habeam, ne imparatus moriar, sed tunc, dum ita constitutum me viderit, ut tutè mori possim. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: cum P. Rhem S. J. titulum illum *Mater admirabilis*, hodie & alias, quoties lauretanis privatim dicam, ter repetam.

Adeò pietate replentur ubera Virginis, ut alicujus miseræ notitâ factâ lac fundant misericordiæ, nec possit miserias scire, & non subvenire. *Rich. à S. Victor. c. 32. in cant.*

Quæstio: An visio B. V. omnes visiones Angelorum superet? *v. Vega The. Mar. n. 1866.*

S. Geraldus Comes Mariæ devotissimus tertio eam per hebdomadam jejuniis honorabat. Singula, quæ agebat, jaculatoriis precibus accendebat. Cum mortuus ad lavandum de more patrio corpus nudaretur, pudicâ manu semel, iterum, tertioque se nudari prohibens tegere laborabat. *Nad. an. Cæl.* Erubescat hic vivorum incuria.

S. Geralde qui morientis olim vocem procul distitus audivisti, audi nunc & meam morituri aliquando vocem, & apud Deiparam impetra, ut virginalis per vitam verecundiæ memor vivam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: juvabit honori Deiparæ ira oculos custodire, ut nullam vel pedis nudi partem etiam surgens aut decumbens hodie videam.

Cum omnia quæ Deus fecit, essent valde bona, hoc melius fecit omnibus nempe Mariam, consecrans in ea reconciliatorium aureum, in quo ille & mortalitas requiem inveniret. *B. Petr. Dam. ser. de Ann.*

Quæstio: An B. V. pro Judæorum more locuta fuerit?

S. Veronica Virgo Mediolanensis id beneficii à Deipara accepit, ut eam sæpius coram videre merita, ejus instructione legere & canere didicerit. Cui Deipara pro devotionis mensura jam pulchriori, jam viliori veste induta comparere solebat. *Ex vita.* Non quid, sed quomodo res agatur, cœlum observat.

S. Veronica pudet me orationis meæ, ubi, quàm ea frigida, quantis plena distractionibus sit, recogito. Vix aliquid veræ orationis etiam in longa oratione reperio. Tu pro me Deiparam ora, ut ritè orare discam, sicque per orationes meas felicem ex hac vita transitum impetrem. O Sanctissima DEI, & mea Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omnino possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: summâ, quâ possum devotiõe, preces meas, esto non longas, offeram Deiparæ.

Maria est thesaurus, quia in ea, ut in Gazophylacio reposuit Dominus omnia dona gratiarum, meritorum, virtutum, donorum, & charismatum. *Rich. à S. Laur. l. 4. de laud. V.*

Quæstio: An B. V. ex dono Justitiæ Originalis habeat subjecta sibi animantia? *v. Vega Theol. Mar. n. 837.*

S. Theresia Virgo Seraphica, etiam parvula, æterna suspirabat; Matre defunctâ Deiparam in Matrem elegit: hæc ejus collo monile pretiosum appendit, & ut S. Josephum flagrantissimè colere pergeret, monuit. Ordinis sui Patronam elegit. *In vita.* O si & corporis mei sensus illa regat.

S. Theresia Virgo Seraphica ! ora pro me Deiparam, ut sicut illa Sanctimonialis curæ tuæ commissas gubernare dignata est, ita & meos morientis actus, affectus, verba, cogitationes & opera regere ac gubernare dignetur, utque tuo animatus exemplo perfectiora semper eligam. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima ! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto : te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum : Si cujus rei cura aut præfectura mihi demandata est, ejus claves cum S. Theresia iconi Deiparæ appendam, illam mei locò substituens.

Maria est à Deo velut esca dulcissima collocata, & electa, pro capiendis hominibus, & animabus præcipuè peccatorum. *S. Cath. Ser. mens. tr. 3. Dial. c. 139.*

Quæstio : An idem præstet lac Marianum apud Filium, quod sanguis Filii apud Patrem ? *V. Vega Theol. Mar. p. 1724.*

S. Gallus miraculorum gloriâ insignis, tri-
duanis jejuniis, carnis, per cicilia & cate-
nas, castigatione admirandus, sed imprimis
Mariani honoris studiosissimus, idolis dirutis
hujus imagines substituit; Dæmones ex ido-
lis populum dementantes fugavit; noctes
quandò que integras ante Deiparæ imaginem
prostratus vigilavit. *Nad. an. Cæl.* Sic speran-
da est bona dies.

S. Galle ora pro me, ut diu noctûque Ma-
riæ cultui assuescam, ut post vitæ hujus nocte,
ad beatæ æternitatis diem felix evigilem, illa
adjuvante, quæ aurora est, id est, aurea est ho-
ra beatæ æternitatis. O Sanctissima DEI,
& mea, Mater pretiosissima! ego N. in-
dignissimus filius tuus ex toto corde, omni-
bûsque tam corporis, quàm animæ viribus
centies millies, imò infinities te saluto: te
omni possibili omnium possibilium & actua-
lium creaturarum affectu amare, tibi usque
ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile
erit, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Si nequeam ipse,
alium quempiam constituam, qui etiam nocte
hac loco mei Mariam deprecetur. Exemplo
Alphonſi I. Reg Lusitani.

Sicut Magnes ferrum attrahit, sic Beatissi-
ma Virgo dura corda ad Deum attrahat. S.
Birgitt. l. 3. revel. c. 32.

Quæstio: Nocte, an die majores à Deo B.V.
acceperit gratias?

B. Luchina Sencinas è teneris Mariæ amantissima, ejus dolores frequenter relegebat, in quorum memoriam sub totius rosarii cum dolorosis mysteriis recitatione se nocte acriter flagellavit, è concione audita ad vitæ sanctitatem conversa, *Mayr.* Plures vocaret DEUS, si plures vocantem audirent.

B. Luchina ora pro me Deiparam, ut aures meæ semper inspirationibus DEI & ejus mandatis sint apertæ, ut post mortem ejusdem ad præmia æterna per misericordiam suam vocantis vocem: *Venite benedicti Patris mei &c.* audire merear. O Sanctissima Dei, & mea, Mater preciosissima lego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per preciosissimum JESU Filii tui &c.
fol. 190.

Ad quod impetrandum: Coronam hodie Marianam cum mysteriis dolorosis orabo.

Hoc Mariæ Privilegium est, quòd quidquid post DEUM pulchrius, quidquid dulcius, quidquid jucundius in gloria est, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam est. *S. Bonav. in Spec. c. 6.*

Quæstio: Quis è doloribus Mariæ fuerit gravissimus? XVIII.

S. Lucas Evangelista, Medicus, pictor, & Evangelista Marianus, præterquam quòd multa de B. V. scripserit, multas ejusdem imagines artifice penicillo expressit, quæ miraculis illustres multa in Mariophilorum cordibus excitant in Dominam suam incendia. *Vita.* Cor tabula fit, in qua nihil reluceat præter Mariam.

S Luca ora pro me Deiparam, ut illa pro me dulcissimo filio suo pectus & beatissima ubera, quibus eum lactavit, exhibeat, ejusque precibus dignus reddar per gratiam finalem particeps fieri passionis Filii sui Domini mei Jesu Christi. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibiliũ & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: in re aliqua mihi maximè contraria me vincam honori Mariano.

Gloriosum omninò gloriæ Marianæ Privilegium est, quòd post Deum major nostra, gloria, majus nostrum gaudium, ac felicitas Maria est. *S. Bonav in spec. c. 6.*

Quæstio: An per libros an per imagines magis Deiparæ cultus propagetur?

S. Ludovicus Bertrandus rosarium è manu per diem, nocte verò è collo pendulum gestabat, quo etiam mortuos suscitavit in India, quò Mariæ cultum promulgaturus penetravit. Rem perditam dicto novies *Magnificat*, reperiri posse docuit. Sæpius à Deipara uti & ante mortem visitatus. *Chr. Ord.* Vel omnipotens, vel Thaumaturgus certè, est cultor Mariæ.

S. Ludovice ora pro me Deiparam, ut à morte peccatorum anima mea, priusquam corpus moriatur, suscitetur, ut perditam toties DEI gratiam ejus ope inveniam, sicque mundatâ conscientiam lætus morti occurram. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum JESU &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Ludovici consilio *Magnificat* hodie novies cum 9. choris Angelorum iterabo.

Columna nobis est Maria, imbecilla Christi membra sustentando, eosque, qui tentationum caumate exuruntur, obumbrando. *Rich. l. 7*

Quæstio: An B. V. vultu fuerit subnigra?

S. Irene Virgo, & Martyr, Marianæ puritatis amore Virginem contra procos illæsam tuita, ob sceleris tamen suspicionem occisa est, sed corpus ejus in flumen abjectum sepulchro ab Angelis condito tumulatum est, flumine interea muri instar recedente. *Nad.* Bene perit corpus, ut non pereat anima.

S. Irene Virgo ora pro me Deiparam, ut ejus amore integritatem mentis & corporis statui meo competentem ita fervem, ut mori potius eligam, quàm scædari; nec suspensiones, nec calumnias, nec vulnera metuam, modò me non arguat conscientia. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: cum hodierno Alensi votum ad aliquod tempus edam, me nihil negaturum, quod amore Mariæ rogatus fuero.

Nihil sublimius, nihil dulcius miseræ mortalitati & mortali miseræ, quàm Maria. Non est factum tale opus in universis regnis. *S. Petr. Dam.*

Quæstio: B. V. plura praterquam virginitatis, vota emisit? *v. Rayn.*

S. Ursula Regia Virgo, & Martyr sociabus suis ut plurimis virtutum exemplis, ita & amore in Deiparam præivit, illud pietate in Virginem promerita, ut in ejus ac sociarum morte earum animas visi sint Angeli DEO & Deiparæ offerre, quia Deip. ipsa ejus cladis historiam B. Hermanno conscribendam dictare dignata est. *Crombach.* Mergi præstat, quàm virginitatem naufragari.

S. Ursula ora pro me Deiparam, ut sicut tenera tu virguncula hostibus viriliter unà cum paribus animis ardente Virginum sodalium cohorte usque ad sanguinem restitisti, ita vires mihi crescant, quibus roboratus omnes, qui rapere volunt animam meam, confundam. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: cum Maria Martha Virgine in memoriam 11. millium Mariophilaram, S. Ursulæ sociarum, 11. Pater & Ave dicam.

Maria tu facta es liber, in quo descripta est regula nostra, in te enim hodie descripta est sapientia Patris æterni. *S. Cath. Senens. or. 11. de Ann.*

Quæstio: An Deipara S. Lucæ dictaverit Evangelium? *v. Dionys. Carthus.*

S. Maria Salome felix Mater sanctorum Apostolorum Jacobi & Joannis, sæpe cum Deipara versabatur. Hujus exemplo se ad Jesu amorem excitari delectata, cum hac Christum ad Calvariam sequebatur, sub cruce cum eadem stetit, Christi corpus sepelivit, & aromata illi condiendo præparavit. *Vita.* Sociam passionis quidni sit & gloriæ?

S. Maria Salome ora pro me Deiparam, ut ejusdem Filii passionis acerbissimæ semper memor, & pro eadem gratus vivam; illi fidem meam, spem & charitatem commenda, ut in his semper cresciam, usque ad perfectum diem, ut credam sine hæsitatione, sperem sine pusillanimitate, amem sine cessatione. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: socium me hodie Dolorosæ Matri jungam, & ejus dolores in me conabor experiri.

Ad cujus nutum universa reguntur, sub ejus disciplina & arbitrio Deus infans versatur. S. *Udeph. l. 1. de Ass.*

Quæstio: An B. V. cogitationes Filii sui cognoverit? *v. Euf. b. Gall. dom. 1. post Epiph.*

S. Joan. Capistranus Ord. S. Francisci plurimorum ad fidem orthodoxam conversione, & editis miraculis clarus, cum de B. V. excellentia populo concionaretur, stella super caput ejus conspicua refulsit, adeo libenter de hac materia loquebatur, ut aliquando Marianam panegyrim quinque horis continueret. *Ann. Minor.* De amata nunquam satis.

S. Capistrane ora pro me, ut ita semper agam & loquar, ac si Deum, ejusque Matrem presentes haberem, ut nihil in eorum presentia committam, cujus me moriturum poenitere posset. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corris quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Si Concionari ad populum non licuerit, privatim ejus laudes dicere quis vetabit?

Apud te Maria fons vitæ, qui ascendit cum omnibus aquis viventibus; ad quid ascendit; ad irrigandum superficiem terræ, ut de plenitudine ejus accipiant universi. *Rup. Abb.*

Quæstio: An Deipara vi temperamenti naturalis optimum inter mortales nacta sit ingenium? *v. Dionys. Richelium l. 2. de dign. B. V. c. 7.*

B Joannes Angelus, fidelis & prudens Mariæ servus, dum ad eam orationes funderet, non mente tantum, sed & corpore sursum elevatus est. Eidem in venæ sectione lumen & necessaria ministrârunt Angeli, sanguinem exceperunt, aliàs pariter sæpius eidem familiares. *Nad.* Similes simili gaudent.

B. Joannes ora pro me Deiparam, ut in me usque ad diem mortis meæ conservet fidem vivam, quoad usque in patriam, ubi nulla amplius fides, sed clara Dei visio erit, vocer à Dco, ut revelatâ facie cernam, quod nunc per fidem video, credo, confiteor, & adoro. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima / ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus senties millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Ut Maria sit signaculum super cor meum, numisma ejus imaginem referens pectori sensibiliter imprimam, congruo simul affectu elicit.

Per Mariam ad Christum accedimus, & per Christum gratiam Spiritûs Sancti invenimus. *S. Bonav. c. 6. in spec.*

Quæstio: An Dolor B. V. superavit omnes dolores Martyrum? *v. B. Laur. Justin. l. de agon. Christi c. 21.*

B. Marinus pietatem in Mariam à fratre B. Damiano hausit, illi se mancipium dicaturus, suomet cingulo collum illigavit, coram icone flexit, seque flagello, ut pigrum servum increpuit; demùm etiam pecuniarium librum ad aram deposuit. Placuisse hoc obsequium Deiparæ tum patuit, dum eum morientem Filii instar invisit. *Petr. Dam.* Hæc una captivitas libertate potior est.

B. Marine ecce me! offer me Mariæ tecum commancipium, utinam eâ sorte, ut sicut illa tibi morienti benedixit, ita & mihi cum morte luctanti adsit propitia, quæ gratia totis imperiis & orbis universi bonis antecedit. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: B. Marini personam privatim hodie imitabor, quantum licebit.

Auctrix peccati Eva, auctrix meriti Maria, Eva occidendo obfuit, Maria vivificando profuit, illa percussit, ista sanavit. *D. Aug. ser. 18. de Nat.*

Quæstio: Utrum Deipara per omnes & singulas vitæ actiones merita sit? *v. Vega Theol. Mar. pal. 28. c. 4.*

B. Elisabeth Ord. Servatum B. V. Mariæ doloribus colendis addictissima, sodalitatem 7. dolorum B. V. hodie approbatam revocat in memoriam, suam illa Dominam fidelis ancilla 50. de die & totidem vicibus de nocte salutavit, peccatorum veniam & lætitiâ spirituales ab ea petens. *P. Auriema p. 1.*
Per dolores pervenitur ad gaudia.

B. Elisabeth ora pro me Deiparam, ut illa in hac valle lachrymarum causa mihi fiat lætitiæ, non quidem temporalis hujus, & vanæ, quæ plus amaroris habet, quàm gaudii, sed illius, quæ nascitur ex pura conscientia. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milles, imò infinities te saluto: te omnî possibili omnium possibilium & actualium
&c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Singulis horis Mariæ memoriam hodie renovabo & gratulabor propiorem me esse Mariæ in cælo videndæ.

O graves, & nobis inexplicabiles cruciatibus, quos Maria cum filio, & propter filium annos 30. sæpe sustinuit, atque ut arbitror, pro sua modestia nulli hominum patefecit. *Canis. l. 4 de Deip. c. 25.*

Quæstio: An uni Deiparæ plus profuerit Incarnatio Christi, quàm cæteris omnibus creaturis? *v. Vega Rheol. Mar. n. 1807.*

B. Chunegundis Regina Poloniæ cùm primùm in lucem edita fuisset , statim claris & disertis verbis dixit : *Ave Regina cœlorum, Mater Regis Angelorum* ; quod futuræ sanctitatis , ac præcipuè teneri in Mariam amoris præfagium accepere omnes. Nec eos fefellit expectatio , tali enim auroræ tota vitæ dies aptè respondit. *Conon.* Pudeat , si infantes nobis eloquentiores sint.

B. Chunegundis ora pro me Deiparam , ut quidquid hactenus debiti in eam amoris & venerationis omisi , resumptis viribus resarciam, & negligentiam majori diligentia & terrore compensem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima ! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus centies millies , &c.
fol. 190.

Ad quod impetrandum : Benedictinorum consuetudinem secutus hodie omnium Mariam amantium memoriam recolam , ac pro omnibus mihi, aliisque à Deip. præstitis beneficiis grates reddam.

Ut Eva sibi & humano generi causa facta est mortis , sic Virgo Maria & sibi & nostro generi humano facta est causa salutis. *D. Irenæus l. 1. contra Hæret. c. 33.*

Quæstio : An B. Virgini in hac vita compete-
rebant privilegia statûs innocentia ob immu-
nitatem ab originali peccato ? *v. Vega Th. Mar. n. 808.*

S. Judas Thadæus Apostolus arctâ cum Christo & Maria cognatione junctus, utriusque in terris amore claruit, glorioso martyrio vitam & Sanctos pro Christi fide labores coronavit, ob quod in omni necessitate Patronus esse promeruit. *Hist. Eccle.* Cognatus Christi esse potes, si filius sis Mariæ.

S. Juda Apostole magne in magnis necessitatibus auxiliator, ora cognatos tuos Jesum & Mariam pro me in maxima omnium necessitate constituto, nempe ut ea mihi hora felix succedat, à qua tota pendebit æternitas. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum Jesu Filii tui sanguinem, per Immaculatam &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: tacite cum icone Deiparæ ea loquar, quæ affectus dabit.

Per te ò Virgo pax cœlestis donata est mundo; per te homines facti sunt Angeli per te homines appellati sunt amici, servi, & Filii DEI.

S. Epiph. de laud. V.

Quæstio: An belli, an pacis tempore plus à Fidelibus colatur Deiparæ?

S. Theodorus volens pietatis suæ Marianæ monumentum extare, templum ejusdem honori sacrandum meditatur; dùmque locum, qui opportunus foret, circumspicit, ecce Deipara eidem visibilis facta locum designat. *Nad. an. Cæl.* Tu cor templum fac esse Mariæ.

S. Theodore fac cor meum dignum Mariæ templum, in quo perpetuè colatur; ora mecum Deiparam, ut illa mihi viam ad cælum ostendat, qua à cunctis in salutis negotio erroribus, liber, sine periculo felici tramite ad domum æternitatis beatæ abeam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te salute: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere servire desidero. Hoc unum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: peccatorum aut vanum aliquem ad amorem Marianum pellere conabor.

Sicut Adam & Eva uno pomo mundum vendiderunt, sic meus filius & ego redemimus mundum quasi uno corde. *B.V.S. Birg. revel. l. ser. 35.*

Quæstio: An Maria plus orbi profuerit, quàm Eva nocuerit?

B. Reinerius Ord. Cisterc. juvenis aquis hau-
stus periisset, nisi Maria eum naufragum
amplexa, periculo exemisset. Quantum à tan-
to tamque luculento beneficio amor in Vir-
ginem sumpsit incrementum, nec hic ma-
ternus Deiparæ in eum amor conquievit, sæ-
pius ei spectabilis, spem cœli certam fecit. *Me-
mol. Cisterc.* Huic unda dedit flammam.

B. Reineri ecce me in mediis procellosi hu-
jus mundi fluctibus naufragantem, respice in
me, qui jam tutus in portu beatitudinis quie-
scis, ac ora mecum Deiparam, ut materno
ejus adjutorio ab omnibus animæ periculis
liber, ad portum æternæ felicitatis appellam.
O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissi-
ma! ego N. indignissimus filius tuus ex toto
corde, omnibusque tam corporis, quam ani-
mæ viribus centies millies, imò infinites te
saluto: te omni possibili omnium possibilium
& actualium creaturarum affectu amare, tibi
usque &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: nunquam cessabo
aut novas Mariam colendi artes excogitare,
aut exercere.

Dividunt coram Patre inter se Mater & Fi-
lius pietatis officia, & miris allegationibus
muniunt redemptionis humanæ negotium. *B.
Arnol. Ab tr. de laud. B.V.*

Quæstio: Maria aquis, an igne plura fecerit
miracula?

S. Wolfgangus Comes, & Episcopus, quam à teneris inchoa verat erga Deiparam pietatem, illam tacito corde fovere non contentus, non per Germaniam modò, sed & per Pannoniam disseminavit in plures, ut sic eorum augetur numerus, qui Deiparam diligenter. *Vita.* Hic amor zelotypus non est, ut corrivales non admittat.

S. Wolffgange quem paritura Mater stellam sibi parere visa est, sis mihi stella prælucens, & argens, accende in me amorem in Mariam: & quam jam dudum amare proposui, fac ut ita amem, prout illa digna est amari. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego **N.** indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies milles, imò infinites &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: non temerè ad eam precibus colendam, sed prævia animi recollectione, & fervoris amorisque renovatione, accedam.

Quoniam quod est causa causæ, est causa causati, Maria salvatrix orbis appellatur, non propter efficientiam, quoniam nec salutem, nec gratiam ipsa effecit, sed propter subventionem, quia felicitatem gratiamque nobis procurat. *Dionys. Richel. l. 2. de ign. B. V.*

Q. Quæstio: An Deipara voluerit Filium immolari pro saluto mundi? *v. S. Bouar. in sent. D. 24. quæst. 2.*

B. Romeus Ord. Præd. chordulam 1000. nodis distinctam habebat, ad quorum numerum, millies quotidie Angelicam salutationem dulci sensu iterabat. Deiparæ memoriam propè semper colloquiis, quæ habebat, intermiscibat, ut flammam, quibus ipse ardebat, in plures dispergeret. *Bal.* Sic dare beatius est, quàm accipere.

B. Romee, & omnes Sancti, quorum hodie memoriam recolimus, vos pro me Reginam Sanctorum omnium Deiparam orate, ut vestro miser ego peccator aliquando consortio per ejus intercessionem aggregari merear, & eam cum SSS. Trinitate vobiscum æternam amem, laudem, & glorificem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Coronam Deiparæ oraturus hodie semper Mariam Reginam Sanctorum omnium dicam.

Sicut omnes cecidimus per scēminam, ita non erigimur, nisi per scēminam. *S. Bernard. hom. 2. sup. mis.*

Quæstio: Quis ex universo Sanctorum numero Deiparæ amator maximus.

B. Livinius Ord. S. Franc. opus, quod de laudibus Christi, & Deiparæ scribere orsus erat, aliis distractus intermittens, ab eadem, ut continuaret, monitus est, pro quo obsequio se ei occasionem mortem pro fide obeundi daturam promisit, quod etiam factum est. *Waldinus an. 1545.* Felix scriptio, quâ nomen libro vitæ inscribitur.

B. Livini ora mecum hodie Deum pro iis animabus, in purgatorio detentis, quæ speciali amore Deiparæ fuerunt addictæ, ut per hujus intercessionem ab ignibus illis liberatæ DEI conspectu quantocycus perfruantur, ubi pro felici meo ex hac vita transitu Deum, & Matrem ejus reciprocè orent. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego **N.** indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: merita diei hujus omnia pro iis præsertim animabus offeram; quæ Deiparam præ reliquis amârunt.

Non ineptè misericordiæ Mater ac liberatrix sæculi nominanda est Deipara, quia per illam perditæ, & pœne, aut certè totaliter desperati redempti sunt. *Dionys. Richel. l. 2. de prec. B V.*

Quæstio: An animæ in purgatorio possint pro nobis orare ad Deiparam, & aliquid impetrare? III.

S. Venefrida V. & M. in Anglia regium sanguinem fuso eo in amorem puritatis illustravit. Hæc Deiparam virginitate præcipuè coli posse edocta, eam quantocyus vovit; à Regis filio, ad scelus sollicitata, cùm fugeret, insequente obtruncatur. Ubi cecidit, ibi fons agris salutaris erupit. *Vas. Mar.* Non puer hic, sed tyrannus amor est.

S. Venefrida iterum ad vitam precibus Beu-
noi revocata, iterùm beatè mortua, per u-
tramque mortem, per gloriosam tuam fugam
& victoriam te rogo, ora pro me Deiparam,
ut ea quæ illi placita sunt, eligam, & semel ri-
tè electa ita servem, ut à vita potius, quàm à
bene cœptis eligam exturbari. O Sanctissima
DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. in-
dignissimus filius tuus ex toto corde, omni-
busque tam corporis, quàm animæ viribus
centies millies, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: desiderium in me
excitabo præ intentione amoris Mariani
mortem oppetendi.

Adeò compassa est Mater Filio, ut si fieri po-
tuisset, omnia tormenta, quæ Filius pertulit,
ipsa libentiùs sustinuisset, & nihilominus pla-
cuit ei, quod unigenitus ejus pro salute hu-
mani generis offerretur. *S. Bonav. in 1. Sent. D.*
24. quest. 2.

Quæstio: An major de filii morte luctus, an
de humani generis redemptione consolatio
fuerit in Deipara?

S. Carolus Borromæus iussit omnium Ecclesiarum foribus Deiparæ iconem præfigi, quin ut quisque eam apud se gestaret, suavit. Canonicis, ut ad Mariæ nomen caput inclinarent, egerit. Ipse flexis genibus quotidie officium ejusdem recitabat, vigiliis ejus in pane & aqua agebat. A sceleratis globo ictus, nec læsus est. *Ex vita.* Semper probitati inimica est improbitas.

S. Carole ora pro me Deiparam, quam tu in ultimo cordis tui agone tibi adesse cupivisti, ut illa me contra omnes corporis & animæ inimicos protegat eorum machinamenta in salutis meæ emolumenta convertat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Orabo pro liberatione animarum purgantium, ut illæ mihi amorem Marianum impetrent.

Non nobis est alia, nisi in te, fiducia ô Virgo sincerissima. Ex ulnis siquidem maternis tibi dediti sumus miseri, tuique clientes appellati. *S. Ephrem. sup. serm. de Deip.*

Quæstio: An mors tolerabilior Deiparæ fuisset, præ doloribus illis, quos in morte Filii passa est: v. *Abul. 9. Dent. quest. 4.*

S. Emericus Dux Ungariæ à SS. Adalberto & Gerardo Episcopis educatus Deiparam, ut Matrem, amare, ac ut Dominam colere doctus, in constanti erga eam pietate nova indies capiebat incrementa. Cujus amore cœlesti voce admonitus virginitatem vovit, quam etiam Virgo cum conjugè servavit. *Vita.*: Amas Virgo esse, cave corpus ames.

S. Emerice ora pro me Deiparam, ut cui summè placet virginitas, prout tibi cœlitus revelatum est, ita puritati cordis studeam, ut nihil in me loci impurorum fator amorum ortus inveniatur, sed mundus corde, tantò certius DEUM videam. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: illa verba salutationis Angelicæ, *nunc, & in hora mortis nostræ,* cum majori reflexione iterabo.

In manibus tuis ô benedicta verè reposita est nostra salus recordare ô piissima miseræ nostræ. Quem vis ipsa, salvus erit, & à quo avertis vultum tuum, vadit in interitum. *S. Bonav. in psalt.*

Quæstio: An fœcundior à virginitate thorus Emerici, quàm à Matrimonio esse potuisset?

S. Leonardus, Clodovei I. Gall. Regis conjugē sanitati restitutā tantum terræ spatium pro mercede obtinuit, quantum a sello infidens unā nocte obiret. In cujus spatii medullis elegans ille Deiparæ templum condidit. Ibidem sepultus, multis, solo ejus nomine invocato vincula conciderunt, captivorum auxiliator. *Surius*. Quæ graviora putas vincula corporis, an animæ?

S. Leonarde ora pro me Deiparam, ut ejus clementiā peccatorum meorum nexibus liberer, quibus toties me sponte indui. Sub matris alarum umbram confugio, ut sub protectionis ejus pallio tutus in pace in idipsum dormiam, & requiescam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omnī possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Quos maxime amo, Marianum illis amorem instillabo.

Oculi tui, ô Virgo, columbarum, quorum sunt oculi columbarum, nisi dona septem gratiarum, id est septem spirituum super me requiescentium. *Rup. l. i. in cant.*

Quæstio: An vestis Christi, quam ei B. V. texuit, cum eodem semper creverit?

S. Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus,
 Dæmonis odio & consilio interfectus, a len-
 di in Deiparam affectus causâ rigidum sibi per
 singulas ferias quartas jejunium indixit, cui ut
 orationem sociaret, frequens ejusdem honori
 dicatum templum adiit. *Nad. an. Cœl.* Opere
 probandus est amor.

S. Engelberte ora pro me Deiparam,
 ut mens mea ab omnibus æquum sciat de
 rebus ferre judicium, aliis negotiis voca-
 ta in id unum incumbat, ut actiones omnes
 ad beatam mortem abeuntem dirigat; ibi
 mens tota hæreat, illuc aspiret, ubi
 nempe vera sunt gaudia. O Sanctissima DEI, &
 mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus
 filius tuus ex toto corde, omnibusque tam
 corporis, quàm animæ viribus centies millies,
 imò infinities te saluto: te omni possibili om-
 nium possibilibus & actualium creaturarum
 affectu amare, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: cum hodierno P.
 Gabriele Gadagne sæpius oculos, & cum his
 affectus, etiam diffitus, in templum Deiparæ,
 quod videre poterò, conjiciam.

Ut per collum vitales spiritus à capite de-
 scendant in corpus, ita per Virginem à Chri-
 sto capite vitalis ille spiritus, ejusque gratiæ ac
 charismata in ejus corpus mysticum transfun-
 duntur. *S. Hieronymus.*

Quæstio: Virisné an foeminis promptior
 Deipara favores præstet?

S. Girardus Eremita in se rigidissimus, Deiparam sibi conspicuam & rigoris, ac austeritatis vitæ laudatricem habuit, pro qua sponsonem ab eadem accepit, non se prius moriturum, quàm ab eadem moneretur; quod & factum, adfuit enim verò morienti Virgo, & animam defuncti in cœlum est comitata. *Menrad.* Cœlo non est aptus, quem suimet odium non aptat.

S. Girarde ora pro me Deiparam, ut ejus imperio conticescant omnia, quæ me à via beatæ æternitatis felici termino concludenda impedire possunt, donec eò aliquando corpore & anima ascendam, quò nunc cogitatione, ac voto præcedo, & anhelus suspiro. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Hodierna mea opera pleno jure Deiparæ donabo, ut applicet, cui vult.

Eva malè credula verbis serpentis mortis venenum miscuerat. Maria conterens caput serpentis antidotum vitæ cunetis ministravit. *Barrad. hem. 2.*

Quæstio: An Deipara 40. dierum jejunium observaverit?

IX. NO.

B. Salvator Ord. S. Francisci, cum quatuor infantes furdos & mutos ad se delatos videret, solitâ in Deiparam fiduciâ animatus pro eorum medela *Ave Maria* recitavit, nec defuit vocata patrocínio, nam hi vocis & aurium usum acceperunt. *Chron. Ord. to. 4.* Est, quæ linguas infantium facit esse disertas.

B. Salvator pro tua erga Deiparam confidentia te rogo, ut qui tam brevi precatione tantam ejusdem ope gratiam impetrâsti, mei pariter miseraris, & à Deipara cautam aurium & linguæ custodiam impetres, ut nec hæc audire, nec illa loqui appetat, nisi quod animæ salutare sit. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum &c. f. 195.

Ad quod impetrandum: cum hodierno Gabriele de Ancona Ord. S. Franc. sæpius Mariam, ut mihi præsentem deceret, venerabor.

Omnia spiritûs S. dona. quibus vult, quando vult, quomodo & quantum vult per manus Virginis administrantur. *S. Bernard.*

Quæstio: An Deipara possit dici, habuisse infinita merita? *v. Cardenas.*

S. Theoctista Virgo ab Arabibus capta, cum eorum manus evasisset, ab omnibus desertata, triginta quinque annis in templo deserto Deiparæ substitit, radicibus & aquâ vitam sustentans, id unum solatii omnis loco habuit, quod in æde Virginis habitaret. *Nad.* Nullibi amanti melius, quàm apud amatam.

S. Theoctista quæ tuam in Mariana æde commorationem splendidissimis orbis palatiis præposuisti, ora pro me Deiparam, ut ad eas, quas nunc inhabitat, beatitudinis æternæ ædes me licet immeritum, ejus tamen fiduciâ fretum admittere dignetur. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Si deserto, aut pauperi alicui Deiparæ templo subvenire ope non possim, meâ saltem præsentia illud colere conabor.

Quis unquam ab hac Virgine æger, aut triftis abiit? quis non lætus & gaudens rediit ad propria, impetrando à Matre Domini, quod voluit. *B. Amad. hom. 7.*

Quæstio: Cur vetustiores Deiparæ imagines præ novis frequentius Thaumaturgæ?

S. Martinus Sabariensis, Episcopus Turonen-
 sis omnium virtutum, & singularis in Dei-
 param amoris exemplar, erga quam pietatem
 solidam & constantem semper exhibuit, pa-
 rem & eadem cum S. Thecla & Agnete prae-
 sente favorem expertus, extremam in morte
 contra Dæmonem victoriam ejusdem ope
 creditur reportasse. *Severus sulphit.* Sic pugna,
 sic vinces.

S. Martine, qui Dæmonem tibi morienti in-
 sultantem testimonio bonæ conscientiae reje-
 cisti, ora pro me Deiparam, ut ita nunc con-
 scientiam ab omni iniquitate mundare ad la-
 borem, ut nihil in ea reperiat inimicus, pro-
 pter quod insultare mihi jure possit. O San-
 ctissima DEI, & mea, Mater preciosissima! ego
 N. indignissimus filius tuus ex toto corde, om-
 nibusque tam corporis quàm animæ viribus
 centies millies, imò infinities te saluto: te om-
 ni possibili omnium possibilium & actualium
 &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Si pallio cum Mar-
 tino nudum tegere non possum, conabor ta-
 men honori Deiparæ proximi defectus pallia-
 re, aut excusare.

Maria puteus est aquarum viventium, ac vi-
 vificantium, donorum nempe S. Spiritus, quæ
 fluunt impetu de Libano, à monte Sion, usque
 ad circumfusas quasque & exteras nationes.

B. Amad. in cant.

Quæstio: An B. V. possit hominem odisse?

S. Didacus icone Deiparæ adhibitâ mira multa patravit ; ejus festorum pervigilia pane & aquâ jejunos egit ; lampadis, quæ ante ejus iconem arsit, oleo ægros complures sanavit, ejusdem ope puerum in fornace ardente incolumen servavit. *Nad.* Vel flammæ verentur innocentiam.

S. Didace, qui tantam semper in vita erga Deiparam fiduciam exhibuisti, ora nunc pariter eam pro me, ut miserias, inconstantiam, pravitatem & nihilum meum agnoscam, ne in æternum abjectus & contemptus infra Dæmonum pedes abjiciar. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum JESU Filii tui &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Desiderium excitabo die aliquo Deiparæ sacro mortem obeundi.

Per Virginem in nocte hujus sæculi illuminamur spiritualiter, sicut quandoque Filii Israël illuminati sunt corporaliter. *S. Bonav. c. 3. in spec.*

Quæstio: An B. V. vivens unquam cessaverit ab amore Dei? *v. Bernard. serens. ho. 1. ser. 15.*

B. Stanislaus S. J. Seraphinus, qui præ internâ ardoris vehementia sæpe deliquium passus, ac flammâ pectore volvere observatus est, B. V. non aliter quàm Matrem nominabat, nec minùs, quàm Filius amabat. Illa hunc ægrum invisit, filium in ejus lectum & brachia deposuit, ut JESU Societatem ingrederetur, monuit, in eadem morienti adstitit. *Vita.* Non est Jesu socius, qui non est Mariæ filius.

B. Stanislæ qui præ Marianæ pieratis tenerritudine sæpius in deliquium cecidisti, ora pro me Matrem Dei & tuam, ut me quoque in filiû recipere dignetur, ut sicut tu sub ejus protectionis umbra ex hoc sæculo migrasti, ita ejusdem intercessione beatum & ego transitum obtineam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Cum B. Stanislao surgens & decumbens ad aliquam Deiparæ ædem conversus, eam ut Matrem poplite flexo venerabor, aut etiam manus in icone osculabor, ut filius.

Nulla nos terreat virtus adversarii, quibus ducatum præstat ad Christum mater unigeniti DEI. *B. Amad. hom. 8.*

Quæstio: An prima surgentis, an ultima decumbentis actio Deip oblata eidem charior?

B. Albertus M. ob ingenii tarditatem Religionem deserere volens à Deipara prohibitus, ejusdem ope ingentis scientiæ famam sibi comparavit; Angelici Doctoris Magister, cuius vel audito nomine in dulcissimas lachrymas resolutus suum in eam amorem liquidò est contestatus. *Nad.* Huc Academici; hinc sedes est sapientiæ.

B. Alberte, cujus tota è cælo fluxit scientia; ora pro me Deiparam, ut me doceat scientiam Sanctorum, profanam litteraturam non aliter peto, quàm prout & quantum illa conducit ad scientiam bene moriendi, quæ una superat omnes Philosophorum subtilitates. O Sanctissima DEI, & mea Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Dictioni aut rei literariæ componendæ, aut discendæ Virginis iconem inseram.

Dominus Tecum ô Maria, Tecum in corde, Tecum in utero, Tecum in auxilio. *S. Aug. ser. 2. de Ann. B.V.*

Quæstio: An B.V. sciat numerum determinatû salvandorum? *v. Vega Theol. Mar. n. 1346.*

S. Leopoldus Austriae Marchio virtutum pio Principe dignarum laude celeberrimus templum Deiparae conditurus caelesti ostento designatum eligit, claustro Neoburgi, ubi etiam laudes Religiosorum Asceterium fundat. *Vita.* Tali fundamento nititur Austria.

S. Leopolde, qui inter terreni principatus curas mentem semper ad aeterna defixisti, ora pro me Deiparam, ut illa cordi meo continuam Mortis, iudicii, inferni & caeli memoriam imprinat, ut hujus spe & illius timore ad Dei amorem accendar. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima I ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animae viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitae spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: novissimorum memoriâ me ad cultum Marianum stimula-
bo.

Rogamus te Dominus DEI Mater dignissima, non asperneris petentes cum tremore, quærentes cum pietate, pulsantes cum charitate. *B. Amad. hom. 3.*

Quaestio: An in morte an in vita plus necessarium nobis Deiparae auxilium?

S. Edmundus coram icone Deiparæ vovit castitatem; ut Mariam, quam fovebat in corde, semper haberet in oculis, duas has voces: *Ave Maria* annulo inscriptas gestavit. Quotidie præter officium etiam orationem: *O Intemerata &c.* dixit, quâ semel omisâ correctus, moriens millies Mariam nominavit. *Vita.* Hæc est tessera salutis.

S. Edmunde qui vitæ innocentiam tumulo tecum intulisti, ora pro me Deiparam, ut si amor, quo filium ejus Dominum meum diligere obligor, in mandatorum transgressione me non abstrahit, saltem timor amittendæ vitæ æternæ me custodiat, ne in ullam divinæ Majestatis offensam unquam consentiam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: &c. *fol. 19.*

Ad quod impetrandum: orabo eam orationem: *O Intemerata &c.* cujus frequentationem multi pro castitatis suæ scuto habuere.

Beatissima Virgo Maria, sicut est omnium Regina, sic & omnium est Patrona, atque advocata, & cura est illi de omnibus. *Idiota in Prologo Cant. B. V.*

Quæstio: Utrum totum corpus Christi ex solo sanguine Mariæ sit efformatum? *v. Vega Theol. Mar. pal. 24. c. 4.*

S. Gregorius Episcopus à miraculorum multitudi-
 ne dictus Thaumaturgus, montem
 precibus loco movit, Dæmoni silentium indi-
 xit, Lyeum, ne exundaret, baculo compefcuit;
 omnium harum rerum successum pietati in
 Mariam adscribebat, in fidei mysteriis præ-
 sente Deiparâ à S. Joanne Evangelista instru-
 ctus Ecclesiam suam ejus amore imbuere la-
 boravit. *Baron.* Utinam plures essent discipuli.

S. Gregori, qui ob plurimum in vita pa-
 trata miracula Thaumaturgi nomen merui-
 sti, fac me quoque tuum post mortem mira-
 culum, ut ea, quæ ad bonam mortem necessa-
 ria sunt, Deiparæ ope instruar; quæ obsunt,
 amoliar. O Sanctissima DEI, & mea, Mater
 pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus
 ex toto corde, omnibusque tam corporis,
 quàm animæ viribus centies millies, imò infi-
 nitus te saluto: &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: cum P. Fontano
 S. J. ad singularem aliquam gratiam impe-
 trandam 9. continuis diebus Mariam implo-
 rabo.

Tu Patrona nobis Virgo proposita es, inter
 tentationum impetus, inter periculorum an-
 gustias, inter omnia, quæ timere potest huma-
 na miseria. *Petrus Bles. ser. 34.*

Quæstio: An B. V. Dei Patris potentiam, an
 Filii sapientiam, an Spiritus Sancti bonitatem
 plus æmuletur?

S. Odo Abb. Cluniacensis precibus parentum à Deipara impetratus, Monachos, quibus præerat, ad cultum Marianum frequentissime adhortatus, sabbatho de ea officium & sacrum dici voluit. Cùm Religiosorum suorum cuidam morienti à Deipara dictum audiisset: Ego sum Mater misericordiæ; hoc eam semper deinceps nomine compellavit. *Conon. an. 1490.* Ille neget misericordiam, qui eam sibi sentit aliquando defuisse.

S. Odo ora pro me Matrem misericordiæ Deiparam, ut in me quoque miserationum suarum specimen edat, miseramque animam meam è corpore exire metuentem, dum tempus illud advenerit, misericorditer confortet. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quam animæ viribus, centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: hodie vel proximo sabbatho sacrum de B. V. votivum legere, aut audire conabor.

Scio Domina quia benignissima es, & amas nos amore invincibili, quos In te & per te Filius tuus, & Deus tuus summâ dilectione dilexit. *B. Petrus Dam ser. 1. de Nat. Virg.*

Quæstio: An convenientiùt Deiparam Matrem dicimus, an Dominam?

S. Elisabeth Regis Ung. filia, liberalitate, suimet dispicientiâ prorsus admirabilis, complures Deiparæ icones coluit, omnes miraculis nunc clarent; dum animi causâ luderet adhuc juvenis, lucrum omne honori Virginis promovendo applicuit. *Vita.* Quid facilius, ludendo cœlum obtinetur.

S. Elisabeth, quæ Christi cruci affixi spectaculo mota mundum muliebrem deposuisti, ora pro me Deiparam, ut igniti sui in filium amoris vel scintillam cordi meo comunicet, quæ interiora animæ meæ penetret, omnemq; terrenorum affectum penitus exurat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies milies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere servire desidero. Hoc unum &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: si quando lucrum aliquod lusus mihi fecerit, faciam ego illud Mariæ lucrum.

Charitatem, quâ gloriosa Virgo humanum genus incessanter protegit, & fovet, mentis intelligentia non comprehendit. *B. Amad. hom. 3.*

Quæstio: Plusne Regina, an Monialis Elisabeth placuerit Deiparæ?

S. Edmundus Rex Angliæ specialis Mariæ amator, coram cujus icone continuus orabat. In templo captus, in odium fidei decollatus. Caput ejus in deserto absconditum editâ voce se prodidit, & residuo corpori appositum eidem accrevit. *Mayr.* Aptè post nomen etiam mores alterius Edmundi induit.

S. Edmunde ora pro me Deiparam, ut illa me illuminet, quatenus increatam bonitatem sincerè agnoscam, amem infinitam ejus pulchritudinem, & propter eam universum mundum & omnia ejus regna infra cœleste habeam, usque dum lætus ex hoc mundo ad cœlum abeam. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, in infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: quidquid pro ejus honore agendum occurret, agam exactissimè.

O Maria, Ô Sacra nostra dic obsecro, quòd sis soror nostra, ut propter te benè nobis sit à Deo, & ob gratiam tui vivant animæ nostræ in Deo. *S. Bonav. c. 6. spec.*

Quæstio: Regum an subditorum in Deiparam pietas eam Regno magis devinciat?

PRæsentatæ in templo Deiparæ Virginis memoriam hodie agit Ecclesia, cujus officium à Pio V. P. expunctum, ut breviario restitueretur, P. Turriani S. J. industria effecit, pro qua id à Deipara præmium obtinuit, ut hâc die ad feliciorum, ut spes est, vitam emigraret. *Balingh.* Novis gratiis nova semper debetur pietas.

O Sanctissima Deo, Angelis, & hominibus dilectissima, parvula, Virgo amabilissima, quæ tenellam te Deo in templo præsentare voluisti, ut à teneris soli Deo vitam impenderes, da mihi hanc resolutionem, ut posthabitis omnibus me totum DEO dedicem, ut illi soli serviam; ab hodie usque ad agonem meum, & inde in æternum. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: singulas preces quotidie usque ad proximum Deiparæ festum hâc formulâ concludam: per S. præsentationem tuam te rogo, ut petita mihi impetres O MARIA.

Custodi nos Domina Virgo Maria, ne peccatorum laqueo capiamur. Non dormiat, neque dormitet pupilla oculi tui, ut sic semper custodiâ protegatur. *S. Bonav. ser. 120.*

Quæstio: Quoto anno in templo præsentata fuerit Deipara? *v. Barrad. to. 1. in Ev. c. 6.*

S. Cæcilia Virgo, Angelicâ virginitate suâ **fi-**
gularem Deiparæ protectionem merita,
 apprens post mortem dixit: corpus suum à
 Longobardis non fuisse repertum, gratiâ Do-
 minæ meæ, semperque Virginis Dei Genitri-
 cis Mariæ. *Nad.* Semper gloriosa, quia laurea-
 ta sunt Virginum sepulchra.

S. Cæcilia, cujus etiam post mortem corpus
 curavit Deipara, ora nunc eam pro me, ut post
 mortem animæ meæ curam suscipiat. Nunc
 verò gratiam tribuat, ut toto corde, pleno
 desiderio eò aspirem, ubi erit æterna beati-
 tudo mea. O Sanctissima Dei, & mea, Mater
 pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus
 ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm
 animæ viribus centies millies, imò infinities te
 saluto: te omni possibili omnium possibilium
 & actualium creaturarum affectu amare, ubi
 usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum
 possibile erit, placere & servire desidero. Hoc
 unum per pretiosissimum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: in annorum, qui-
 bus se Deip. in templo præsentavit, memo-
 riam, ter hodie templum adibo, & me DEO, &
 Deiparæ servum præsentabo.

Deipara fons est & origo totius nostri veri
 boni, atque beatitudinis. *Rich. à S. Laur. la. de
 laud. v.*

Quæstio: Deipara in templo habitans à quo
 victum acceperit? *v. Barrad. in Ev. c. 6.*



XXIII. NOVEMBRIS.

B. Margaretha Sabauda, Ord. Præd. *Deipara*
 ræ cultu plurimum delectabatur, multis
 ab eadem favoribus præventa. Nepti suæ in-
 firmæ ab eadem sanivitatem impetravit. Dum
 ipsa à podagra liberationem peteret, ab eadem
 comparente didicit, Dei voluntatem esse, ut
 dolores hos usque ad mortem æquanimiter
 ferret. *Gonon. 1464. Quis scit, quid expediat?*

B. Margaretha, cui visa aliquando Deipara
 dixit: preces tuas esse exauditas ora pro me
 nunc Deiparam, ut ejus in me voluntas sem-
 per expleatur, absit ut ab illa vel unguentum un-
 quam velim recedere. Vilescat mihi omne
 desiderium meum, & solum mihi dulcescat
 Dei & ejus Matris beneplacitum. O Sanctissima
 DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. in-
 dignissimus filius tuus ex toto corde, omni-
 busque tam corporis, quam animæ viribus
 centies millies, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: agam hodie com-
 pensationem, quam possum maximam, omis-
 si hætenus in ejus cultu obsequii,

Quidquid nobis mittitur de supernis, per
 gratiarum actionem ad eam referendum est,
 per quam mediatricem habemus, procul du-
 bio, quidquid gratiæ obtinemus. *Rich. & S.
 Laur. l. i. c. 6.*

Quæstio: An Deipara ex Matris voto, an
 propriâ postulatione præsentata fuerit? v. Ni-
 seph. l. i. hist. c. 7.

S. Jacobus Anconitanus Minorita contra vitium carnis concionatus quendam se tangi raturum offendit, hic eum transiturum certo loco prope Deip. iconem præstolabatur, occisurus, sed ab imagine iram vultu spirante, & hac voce auditâ: *Quid agis sceleste?* territus, recessit. *Mayr.* Ubi pus tangitur, ibi gemit infirmus.

S. Jacobe concionare mihi efficaciter, castiga per internas inspirationes vitia mea, ut ab iis desistam, ora pro me Deiparam, ut dilecti filii ejus vulnera cordi meo inscribantur, ut in illis legam amorem mei, sicq; reciprocus tantæ bonitatis amor in me reaccendatur. **O** Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego **N.** indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: cum castitatem charissimam virtutum Mariæ esse sciam, pro hujus cultoribus. 1. in cælibatu. 2. in matrimonio. 3. in Religione orabo.

Omne bonum, ad quod conditus fuerat homo, perdidit in Adam, & id ipsum bonum multò excellentiùs & feliciùs recuperavit humana natura per Mariam. *S. Ansel.*

Quæstio: An Deipara delata sit ad templum, an ipsa processerit? *v. Carthus. l. 3. hom. 4.*

S. Catharinam V. & M. necdum Christianam suo Maria conspectu dignata est, filium eidem obtulit, qui tamen venire in ejus manus, quod necdum sacro fonte abluta esset, renuit; sed eâ baptizatâ non solùm eidem rursus cum Matre filius comparuit, sed & annulo dato eam desponsavit. Ab eodem contra 50. Philosophos, quos disputando confundit, roborata. *Ex vita.* Nemo pro Domino loqui confundatur.

S. Catharina Virgo, quæ tanto fervore, & animi magnanimitate Dei fidem amplexa es, ora pro me Deiparam, ut illa languorem animæ meæ discutiat, tenebras mentis illuminet, ut expergiscatur torpor meus. Illa faciat, ut amor sui semper sit mecum, & cura mei semper sit secum. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: id quod præ cæteris charum habeo, aut Mariæ charum futurum credo, eidem præsentabo.

Maria dulcem suæ bonitatis fructum nobiscum participavit, largissimamque variorum bonorum copiam in totum orbem per filium effudit. *S. Antonin. p. 4. c. 26.*

Quæstio: Quando Deipara votum virginitalis in templo emisit? *v. Carthus. l. 3.*

B. Sylvester à monte Fononio Mariam nutricem est expertus. Nocte à Dæmone in præceptus actus & lethaliter concussus, à Deipara sanatus, & ad cubiculum deductus est. Aliàs ab eadem ad templum invitatus, ex ejusdem manibus SS. Eucharistiam accepit; majori semper ardore in Mariæ amore proficere conatus. *Chron. Ord.* Una communio sufficit ad sanctitatem.

B. Sylvester ora pro me Deiparam, ut animæ meæ vulneribus ipsa medeatur, utque dilectissimi ejus filii corpus dignè suscipiam, nec prius anima è corpore egrediarur, priusquam sanctissimo hoc viatico resecta sibi viam parer ad æternitatem. O Sanctissima DEI, & mea Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Cùm in me nihil Mariæ oculis gratum habeam, cum S. Gertrude cor filii Mariæ præsentabo.

Patrona es pientissima humani generis in omni periculo, in omni necessitate, & in omni molestia mentis & corporis fiducialiter invocanda. *Trithem. l. 2. de B. V.*

Quæstio : Quot annis in templo vixerit Deipara; v. *Cartb. l. 3. hom. 1.*

S. Bilhildis solenne Deiparæ honori templum & monasterium extruxit, eo fœnore, ut cùm baptizatam se non fuisse ignoraret, id ipsum cœlesti monito didicerit. *Mayr.* Non cessat Maria iis benefacere, qui eam non cessant amare.

S. Bilhildis ora pro me Deiparam, ut quæ omnia salutis meæ impedimenta optimè novit, illa mihi, ut sciam, pandere, imò à me clementer amovere; ea verò quæ morti beatæ ac felici æternitati necessaria esse videt, fideliter mihi largiri benignissima Virgo dignetur. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: in memoriam 11. annorum, quibus Deipara in templo vixit, totidem Mariani amoris actus eliciam.

Virgo invenitur cœlestis Sponsa & Mater, quæ donorum ante nuptialium nomine Spiritum Sanctum accepit. Dotis verò gratiâ cœlum verè cum Paradiso; quid non filii ab ea sperent. *S. Epiph. l. de laud. V.*

Quæstio: An in templo, an juxta templum Deipara habitaverit? *v. Orig. sr. 26. in Math.*

S. Stephanus Junior M. ope Deiparæ impetratus, statim ac natus Deiparæ oblatus dicatūque est. Ejus innocentiam ita defendit, ut impuram puritatis ejus calumniatricem binæ in utero proles lacerârunt. Deip. icones tam strenuè propugnavit, ut vitam sub Constantino Copronymo pro earum defensione posuerit. *S. Damasc.* Hanc mortem vita consequitur.

S. Stephane ora pro me Deiparam, ut, cum post mortem à me administrationis rationem Justus Judex exegerit, inter fideles gratiarum Divinarum dispensatores inveniar; & audire merear Euge serve bone & fidelis intra in gaudium Domini tui. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: cubiculum meum Deiparæ dedicabo, ut in eo tanquam in loco Mariæ sacro ejus cultus promoveatur.

Salutiferâ Matre Dei Virgine mediante Deus convertit suam clementem faciem ad genus humanum, quam averterat propter Evæ peccatum. *S. Bern. Senens. to. 3. ty. 6.*

Quæstio: An Angelos obsequiis suis destinatos in templo Deipara habuerit? *v. Surium*

30. 10

S. Radbodus Episcop. Trajectensis prodebat suum in virginis cultu ardorem, quod nunquam Deum aliquid rogaret, quin eodem tempore etiam Dei Matrem obsecraret, quo id, ut ipse fassus est, obtinuit, ut sibi agonizanti Deipara consolans adfuerit. *SURIUS*. Non potest filii Mater oblivisci.

S. Radbode ora pro me Deiparam, ut dignitate, quâ Mater Dei excellit, & Angelis imperare potest, compescat Dæmones, ne animæ in lucta cum morte constitutæ noceant. Angelis verò sanctis præcipiat, ut eam cum hostibus præliantem confortent. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum &c. f. 190.

Ad quod imperrandum: cum Radbodo quoties ad Deum, toties etiam ad Deiparam hodie preces fundam.

Beatissima Virgo Maria potens est omnî gratiâ, cujus particeps potest esse omnis creatura. *S. Antonin. 4. p. 217. 15.*

Quæstio: An B. V. Angelis fuerit aliquid apud Deum merita? *v. Vegam Theol. Mar p. 23.*

6. 3.

S. Andreas Apostolus teste Aug. hunc articulum : Natus ex Maria Virgine, symbolo fidei inseruit. In funere Deiparæ insignem de conceptione ejus concionem habuit, imò Cruci affixus Conceptionem Deiparæ sine macula fuisse palàm edocuit. *B. Amadeus in Apolo.* Quid adhuc egemus testibus, ipse dixit.

S. Andrea, qui pro Magistri tui amore lætus Crucem MARIÆ memor sustinuiſti, ora pro me Deiparam, ut illa me roboret, illa omni anxietati, infirmitati, paupertati, solitudini, ac necessitati meæ compatiatur, condoleat, & provideat, maximè in agone meo. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Ad iterandam Marianæ dignitatis memoriam symbolum Apostolorum hodie iterans; illis ampliùs verbis inhærebo. *Natus ex Maria Virgine.*

Sicut primus Adam ex terra immaculata formatus, ita & Christus ex Virgine immaculata. *S. Andr. Apost.*

Quæstio: An Deiparâ pro aliquo orante omnes simul sancti cum ea pro illo orent.

I. DE-

§. Eligius Episcopus, opificio Aurifaber, laborem suum ornandis Deiparæ reliquiis ad-dixit, pro quo conatu illud pretium recepit, ut Episcopus factus ejusdem honori templum in monasterio condere potuerit, & in sacculo jam exhausto adhuc aurum, quod pauperibus dare posset, invenerit. *Fasti Mariani*. Quisque suæ fortunæ faber est.

S. Eligi ora pro me Deiparanti, ut qui in manibus meis habeo vitam & mortem, ita ejus adjuvante gratiâ circa eam operer, ut nobilis æternæ fortunæ faber, in divini & Mariani amoris foco meritis meis coronâ mihi cudam auream & immarcescibilem. O Sanctissima DEL, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: desiderarem opere manuum mearum aliquid in emolumentum honoris Mariani efficere.

Gratia plena est, ex qua multi deducti rivi omnem irrigant terram deliciarum, & perfundunt hortum voluptatis. *Hier. ser. 1. de Ass.*

Quæstio: An Deipara post Josephi mortem labore manuum victum quæsiit erit?

S. Petrus Chryfologus aurei eloquiū vi ad
 moveendos hominum animos celeberrimus, ne, quem aliis prædicabat, otiosum in se
 amorem Marianum fineret, eum in opus coë-
 git; dum Ravennæ Archiepiscopus Eutiche-
 tem Deiparæ hostem præclaris Scriptis refu-
 tavit. *Bal.* Quidni Defensor, sui defensionem
 fuerit promeritus?

S. Petre ora aureā, id est, plenā charitatis fidu-
 ciā pro me Deiparam, ut obtineat mihi à filio
 suo dilectissimo veram ante obitum contritio-
 nem, fontem lachrymarū, sinceram confessio-
 nem, dignam satisfactionem & diligentem à
 peccatis omnibus custodiam. O Sanctissima
 DEI, & mea, Mater pretiosissima! lego N. indig-
 nissimus filius tuus ex toto corde omnibus-
 que tam corporis, quàm animæ viribus cen-
 ties millies, imò infinities te saluto: te omni
 possibili omnium possibilium & actualium
 creaturarum affectu amare, tibi usque ad ulti-
 mum vitæ spiritum, quantum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: modica temporis
 intervalla, quæ negotiis intercurrunt, colendæ
 per aspirationes Mariæ distinguam.

Quidquid honoris, quidquid dignitatis,
 quidquid gratiæ, quidquid meriti, quidquid
 est gloriæ, totum fuit in MARIA. *B. LAUR.
 Justin.*

Quæstio: An Scripta plus profint, an Exem-
 pla ad promovendum Mariæ cultum?

S. Franciscus Xaverius usque ad Dæmonum indignationem in Deiparam pius, à quibus noctu coram ejus icone orans verberatus, non nisi imploratâ ejus ope liberatus est. Conceptionis ejus sine macula cultum tam latè per orbem utrumque, quàm Christi fidem, propagavit, & eam se ad mortem usque defensurum voto sanxit. *Tursell.* Quis Matri, cum possit, favere nolit?

Magne Indiarum Apostole, orbis Thaumaturge, Angele, Confessor, Virgo, Martyr, Doctor, Propheta Sancte Xaveri, qui plurimos à Deipara favores, etiam tibi spectabili, accepisti, ora nunc apud eam pro me, ut mei nunc & maximè in agone velit meminisse, quæ nisi opituletur, infelix præda cadam inimicorum. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: &c. *fol. 190.*

Ad quod imperrandum: familiarem mihi hodie reddam Xaverii vocem: *Mater Dei memento mei! Domina opitulare!* Quæ ad numerum granorum rosarii geminare poterò.

Thesaurus domini est Maria, & thesauraria gratiarum, ipsius donis spiritualibus ditat copiosissimè servientes sibi, & potentissimè protegit. *Ex Idiota.*

Quæstio: Die, an nocte plus amori Mariano vacaverit S. Xaverius?

IV. DE

S. Anno è milite Episcopus Coloniensis, Deiparæ patrocínio nitendum suis suadebat. Coloniæ ejusdem congregationem instituit: urbem peste affligendam prævidens pro ejus liberatione Deiparæ supplicavit, ipse verò mori petiit. *Surius*. Multi petunt bene, pauci citò mori.

S. Anno repete hodie pro me illas, quas moriens ingeminabas voces: O Domina, dicebas, per singularem misericordiam tuam te obsecro, ut mihi janua fias, per quam hinc emigrem; hac tu in Mariam pietate, quâ in cœlum ingredi viâ possim, docuisti; ora pro me eandem, ut preces meas exaudiat, & mortis dolores, qui me angustiabunt, cedant ad evitandos dolores æternitatis. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milles, imò infinities te saluto: &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: desiderium in me excitabo: ex amore Mariam videndi, & sincerius amandi, citò mori.

Bene nobis quod talem Dominam habemus, quæ manus tam liberales habet ad nos, ut securi ad ipsam confugere possimus omnes nos *S. Bonav. spec. c. 3.*

Quæstio: An præstet longam vitam promovendo Mariæ cultui optare, an mortem ut ejus consortio citius fruamur?

S. Sabas Abbas, Deiparæ honorem contra Eutichetem tuitus, eandem suis in virginitatis speculum proposuit; pomum, quo per Evam perditum sumus, nec aspicere, taceo comedere voluit. Coronam è coelo super ejus caput descendentem alii conspexere. *Fasti.* Non patere solum coronari.

S. Saba ora pro me Deiparam, ut non inermis, non victus moriar, sed victor contra omnes hostes animæ meæ coronam promerear, illa sit in bello consolatrix, illa in die mihi novissimo & decretorio, quando circumdabunt me inimici mei vallo, roborare me clementer dignetur. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tantæ corporis, quam animæ viribus centies milles, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: in Deiparæ memoriam quæ in esu pomi non peccavit, pomi hodie esu abstinebo.

Non tantum Dominus Filius Tecum, O Maria, sed & Dominus Spiritus S. de quo concipis, & Dominus Pater, qui genuit, quem concipis. *S. Bern hem. 3. sup. miss.*

Quæstio: An etiam in somno Deiparam merito amare possimus? VI.

D. Nicolaus, de cujus vultu lux mirabilis, interni ignis testis, promicabat, inter ardentiores Mariæ amatores censendus est. Hæreticis Mariæ puritatis hostibus fortissimè restitit, alteri infamiam quandam de eadem evomenti colaphum impegit; ob quem Episcopatu privatus, à Deipara visitatus, & Episcopatu restitutus est. *Lipom.* Qui non punit, cum potest, scelus facit.

S. Nicolae ora pro me Deiparam, ut ejus honorem tuear, & quod jam olim sponendi, me non permissurum, ut à meis subditis contra ejus honorem aliquid unquam agatur, ita observem, ut nec sensus meos patiar aliquid oculis ejus displicens agere, ut sic illa me clientem in agone agnoscat & recipiat. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: vel tuebor, si occasio ferat, honorem Deiparæ, vel ad eam omni occasione tuendam me offeram.

Benedicta tu Virgo in mulieribus, quæ fuisti major cælo, fortior terrà, orbe latior, nam DEUM, quem mundus non capit, sola cœpisti. *S. Chryf. ser. 143.*

Quæstio: An Martyr dicendus esset, qui pro Deiparæ honore defenso occideretur?

S. Afella in utero matris sanctificata, Virgo vitæ integerrimæ exemplo præluxit, quæ integritate Mariæ placere laboravit: pro tor- que aureo vestem religiosam emit, in qua ita orationi affixa erat, ut genua lapidum instar cruduerint. *Fasti*. Sic aptandi sunt pedes viæ, quæ ducit ad cœlum.

S. Afella esto mihi orationis, debito corporis situ peragendæ, Magistra, ecce flecto genua, ora mecum Deiparam, ut mei misereatur; quantò enim pluribus & gravioribus peccatis me gravatum sentio, tantò confidentiùs ejus imploro misericordiam, quàm à nullo illa peccatore solet avertere. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: hodiernum Mariani festi privilegium, saltem vesperi, in pane & aqua transigam.

Oculi omnium nostrum ad manus Mariæ semper debent respicere, ut per manus ejus aliquid boni accipiamus, & per manus ejus quidquid boni agimus Deo offeramus. *S. Bonav. c. 3. spec.*

Quæstio: Quando festum Immaculatæ conceptum celebrari? *v. Balingh. 8. dec.*

Immaculatæ Virginis sine originali labe
Conceptioni sacer hic dies, teste S. Francisco
Ferrerio, Angelis parit gaudium, qui mundi
coelique Reginam primo conceptionis mo-
mento summâ veneratione coluerunt, & im-
mensa Dei dona in eam profusa gratulati sunt.
Oculi vitium est in speculo videre maculam.

Sanctissima Deipara per sanctissimæ con-
ceptionis tuæ, quam sine macula fuisse vel san-
guine subscribere paratus vivo, memoriam
te rogo, ut plenam mihi peccatorum omnium
veniam impetres, ne tot vitæ meæ scelera
conscientiam meam in agone discrucient,
aut in desperationem præcipitent. O San-
ctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego
N. indignissimus filius tuus ex toto corde,
omnibusque tam corporis, quam animæ vi-
ribus centies millies, imò infinities te salu-
to: te omni possibili &c. f. 190.

Ad quod imperrandum: quid vetat me
voto, saltem Devotionali, obstringere, me
asserendum Deiparam sine macula conceptam
esse.

Insciane fuit & impotens sapientia Dei &
virtus mundum sibi habitaculum condere,
remotâ omni labe conditionis humanæ? S.
Ans. l. de Conc. B. V.

Quæstio: An Festa Deiparæ Virginis etiam
in cælo ab Angelis & sanctis speciali memo-
riâ celebrentur?

S. Leocadia Virgo sanctissima dirâ carceris molestiâ marcerata, genibus humi positis orans expiravit, & post mortem S. Ildephonso Archiepiscopo apparuit, eumque ob Deiparæ honorem scriptis defensum laudavit, dicens: O Ildephonse per te vivit Domina mea, quæ cæli culmina terret. *Hist. Tol.* Malè vivit, per quem S. Virgo non vivit.

S. Leocadia ora pro me Deiparam, ut ejus honorem ubique voce & scripto coner promovere; opto siquidem in ejus honoris augmentum vires omnes intellectus & corporis usque ad mortem impendere, ut laudetur, ametur, glorificetur MARIA. Utinam idem totus orbis agat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omnâ possibili omnium possibilium & actualium creaturarum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: conabor alios disponere ad pium de immaculata Virginis conceptione sensum, etiam scriptò, si fieri posset, promovendum.

Nulli dubium est Matrem Domini, quin talis debuerit esse, quæ non posset argui de peccato. *S. Hier. ad Eustach.*

Quæstio: An Christo, an Mariæ potior honor accedat ex immaculata Virginis conceptione?

B. Francus Dæmonem in fæminæ specie sibi infestum fugavit, ob quod ei Deipara Angelis comitata apparuit, eique arbusculam aureo flore germinantem porrigens, ut bene pergeret, coronam in cælo benè meritis destinatam accepturus, hortabatur. *Ex vita.* Semper lilia sunt coronata.

B. France ora pro me Deiparam, ut hæc mihi unica sit cura, quomodo semper in virtute proficere laborem, de die in diem perfectior Deoque gratior esse coner, ut sic pro immarcescibili gloriæ corona me vitâ immaculatâ aptum reddere satagam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: rosarium Marianum oraturus, quoties Mariæ Nomen occurrer, toties sine labe originali conceptam dicam.

Unde sordes in domo, in qua nullus habitator terræ accessit, solus ad eam ejus fabricator & Dominus venit. *S. Aug. l. 9. con. Nar.*

Quæstio: An saltem debitum culpæ originalis Deipara contraxerit? *v. Vega Theol. Mar.*

B. Henricus Ord. Cisterc. deceptus à mundo ad religionem transit. Ubi ad infulam vocatus, eam renuisset, nisi Deipara ei apprensens pedum, Abbatum insigne, obtulisset, & pro strenua suorum cura, quam in gravi suo pastoralì munere habiturus est, liberale præmium in cælo promisisset. *Conon. ad an. 1273.*
 Vis mundus esse? mundum fuge.

B. Henrice, qui sæcularibus abstractus curis totum te Mariano cultui impendisti, ora pro me Deiparam, ut tenuia mea obsequia, quæ nunc ejus honori præsto, grata suscipiat, & nō tam illorum, quàm misericordiæ suæ intuitu mihi morienti ope suâ clementer adsit. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: me Deiparæ offeram etiam morte, si opus foret, defensurum eam sine macula conceptam esse.

Quæ vel Angelica puritas Virgini illi valeat comparari, quæ digna fuit sacrarium fieri Spiritus S. & habitaculum Filii Dei. *S. Bern. ser. de Ass.*

Quæstio: Pluresne sint qui credunt, an qui discredunt, Deiparam fuisse sine labe conceptam?

B. Samuel Indus Ord. Præd. omni quidem virtutum Exercitio, cultu tamen Mariano maxime insignis, rejectam ab ægri vomitu Eucharistiam cum sumpsisset, Angelum videre spectabilem meruit, dicentem: illum hoc actu Dei Genetrici similem, Deoque chariorem esse factum, cum eâ ratione intimam sibi fecerit carnem Christi. *Ex hist. Ord. Consanguinitas Mariæ, quanta dignitas!*

B. Samuel ora pro me Deiparam, cujus carnem toties, utinam dignè, sumo, ut se pro me consanguineo suo apud filium mediatricem exhibeat, ut ille ob Matris gratiam cuncta peccata mea deleat, consolationem mihi necessariam tempore opportuno ostendat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus senties millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: dicam officiolum de Immaculata Virginis conceptione.

Decens erat, ut eâ puritate, quâ major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum suum, ita clarè disponebat, ut naturaliter esset idem communis DEI Patris & Virginis Filius. *S. Ansl. de conc. V.*

Quæstio: Cur Deipara patiatur immaculata sui conceptionem in Ecclesia non definiri?

S. Aubertus Episcopus Cameracensis, quod ipse mediorum defectu non potuit, ad id Dagobertum Regem permovit, nempe ut complura Deiparæ templa erexerit; quamquam sanctus hic Episcopus non omnia tantum orbis templa, sed etiam singulorum hominum corda Deiparæ sacrari desideraverit. *Barri. Cur ego repugnem?*

S. Auberte, cui nihil in vita charius Deiparæ honore fuit, excita te porem meum, ut quod toties promisi, tandem seridè & ferventer me Deiparæ honori in me, aliisque promovendo impendam. En offero cor meum; immundum quidem illud, variisque affectibus sordidum est, tuis illud committo manibus, ut aptum Mariano amori sit habitaculum. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Propensius colam eos Sanctos, qui immaculatæ B. V. conceptioni colendæ magis addicti vixere.

Inter tot animas hominum, quæ salvantur, ut electa columba est sola, quæ Christum genuit Virgo Mater: quæ puritate profectò Cherubim & Seraphim antecellit. *B. Amad. de laud. V.*

Quæstio: An easdem notas veritatis habeat conceptio immaculatæ B. V. quas habet Ecclesia?

S. Nicasius viginti dies natus, à Matre ad altare Deiparæ delatus, infantili linguâ in vocem resolutâ *Ave Maria* recitavit; nec dein totâ vitâ lingularem ejusdem cultum intermisit, maxime cum voce cœlesti ad monitus est, ut Basilicam Matrî viventium fundaret. *Nad. an. Cœl.* Amor in Mariam signum est vitæ.

S. Nicasii ora pro me Deiparam, ut liberet animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa, ut linguam meam ejus laudibus impendam, sicq; merear ab illa defendi contra illos, qui animæ meæ nunc, & maxime in vitæ, termino, insidiabuntur. *O Sanctissima Dei, &c. fol. 190.*

Ad quod impetrandum: In memoriam instantis illius, quo Deipara sine macula concepta fuit, & dein 9. mensibus in utero requievit, novies *Ave Maria* recitabo.

Omnes mortui sunt peccatis, nemine prorsus excepto, demptâ Matre Dei, sive de originalib⁹, sive voluntate additis. *S. Ans. Comment. ad Cor.*

Quæstio: An Deipara fuerit prædestinata ante omnes alias creaturas?

XV. DECEMBRIS.

B. Victoria Cœlestinarum Monialium fundatrix, semper insignem erga Deiparam amorem alebat. Pollicita eidem est Deipara, se nullo loco ei defuturam. Ordinem à se conditum Virginis annunciatae dici voluit. Bis quotidie coram ejus icone prostrata oravit. *Fasti Mar.* Dulcis hora, & semper brevis est mora loqui cum amata.

B. Vi-

B. Victoria, quæ semper in Protectione magnæ Dei Matris vixisti, ora pro me, ut ejusdem tutelam merear; contingat mihi tuis precibus id beneficii, ut unus è numero sim Mariam amantium, & ut amantis nomen etiam opeere tuear. O Sanctissima DEI, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Aliquid de immaculata Virginis conceptione hodie legere conabor.

Virgo Maria sine Tyranno concupiscentiæ peccati originalis fuit, quia sine eo concepta est. S. Bernard. Sen. to. 1. ser. 53.

Quæstio: Num Divo Josepho cognita fuerit sanctissimæ sponsæ suæ immaculata conceptio?

XVI. DECEMBRIS.

B. Theophania, deinde Imperatrix, cum se è sterili conjugio per preces ad Deiparam suas impetratam à Matre intellexit, peculiari semper studio in id incubuit, ut vitam, quam à Maria accepit, ejusdem honori consecraret. Indignè se victuram rata, nisi vitæ sospitatrici grata vixisset. Nad. Gratitude est novi beneficii impetratio.

B. Theophania ora pro me Deiparam, ut innumera ejus in me collata beneficia & agnoscam, & gratus recolam; nec mihi cesset benedicere, sed, quæ est benedicta inter mulieres, per benedictum fructum ventris sui, me quoque faciat à se esse benedictum. O Sanctissima Dei, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: hodiernâ die ante solis ortum Deiparam tanquam auroram, solem Christum parituram, salutare conabor.

Habet Maria cum oliva, quod fiat lucis materia, recreet lassitudinem, relaxet laborem, caput exhilaret, & ad certamina opem ferat. *S. Greg. Nyss. hom. 5. in cant.*

Quæstio: An Christus in utero Virginis conceptus Dæmonem latuerit? *v. Barr. to. 1. in Ecc. l. 6. c. 7.*

XVII. DECEMBRIS.

S. Furseus sacerdos Deiparæ Virginitatem suâ imitari conatus, eidem templum condidit, ubi de eadem missam legit, & multis ad eam precibus diem egit, sub quibus sæpius abreptus in extasim vidit Deiparam à choro Sanctorum omnium laudibus celebrari. *Mayr. Inchoa nunc, quod æternum facturum es.*

S. Furseus, qui à terrenis abstractus pura è cælo hausisti solatia, horum unicum universis mundi gaudiis præferens, ora pro me Deiparam, ut cor meum terrenorum cupiditate expediam, & omnem affectum eò transferam, ubi tu nunc cum Sanctis & Angelis Deum & Deiparam laudas & benedicis. *O Sanctissima DEI, &c. f. 190.*

Ad quod impetrandum: Cum P. Nunnio S. J. orabo ante cubitum Deiparam, ut sancta mihi dormienti somnia immittat, ut sic eam etiam in somno amem.

Cum multa nobis bona, quæ nullius ord-

tio possit consequi, Deiparæ operâ nobis contingant, eam bene merenti vicem rependamus, quæ in nos reciprocetur. *S. Basil. or. 39.*

Quæstio: Cur Deipara Josepho mysterium incarnationis non revelaverit? *v. Cornel. à Lap. tr. I. f. 55.*

S. Euphrosyna Virgo vovit Deo virginitatem, vi desponsata, dum diu noctûque Deiparæ pro consilio supplicat, repente adstat anxie vir incognitus, qui eam Monachi in morem radit, vestem mutat, utque monasterium (nullum quippe aliud erat) ingrederetur, monet: agit illa, sed ne decore formæ, quæ pollebat, ulli noceret, 38. annis cellæ inclusa delituit. *Mayr. Fœmina hæc viros confundit.*

S. Euphrosyna tuæ, aliorumque salutis studiosissima, ora pro me Deiparam, ut & peccandi occasiones fugiam, & illa mihi in omnibus & consilio adesse velit, & auxilio, in iis potissimum, quæ corporis & animæ puritatem spectant. O Sanctissima Dei &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Festum hodiernum Deiparæ Expectationis paritatis, agam gratulando Mariæ de omnibus solatiis, quæ à filio in utero suo virginali quiescente accepit.

Deus omnem bonorum plenitudinē posuit in Maria, ut si quid salutis, si quid spei in nobis sit, per eam noverimus redundare. *S. Bern.*

Quæstio: Quamdiu S. Joseph fuerit in dubio de prægnante Virgine? *v. Aponte in c. 1. Mach.*

S. Joannes calybita statim in scholis primis Mariæ Virginitatem imitari constituit, ejus tuendæ causâ è domo paterna profugus, iterum redux, novus Alexius in domo Patris incognitus, à Matre malè habitus latuit, qui Matrem in cœlo tantò amplius venerabatur, quantò hanc in se minùs humanam est expertus. *Mayr.* Mature inchoandus est illi cursus, qui multùm vult proficere.

S. Joannes ora pro me Deiparam, ut ejus virtutum imitationi ex toto addictus, ita per has vitæ calamitates transeam, ut notus Deo, ignotus mundo, quin & despectus eò per bonam mortem, perveniam, ubi nulla amplius erit necessitas, nullus metus. O Sanctissima Dei, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Aureo sacro *Reverate* honori Mariano interesse conabor.

Gratiâ & dulcedine tuâ ô Maria! pleni sunt cœli & terra, undique beneficiis tuis irretiti nos semper. *S. Bonav. p. 34.*

Quæstio: An B. Virgo Christum in domo Josephi habitans conceperit? *v. Bar. tr. 1. l. 8. c. 5.*

XX. DECEMBRIS.

S. Dominicus Abbas, quia castitatis studio ac tenerâ devotione Deiparam sibi demereri constanter studuit, in pietatis suæ præmium coronam sibi è cœlo missam donò accepit. *Nad. an. Cœl.* Nulli ea Mariam, ut decet, colenti emanabit. S. Do-

S. Dominice ora pro me Deiparam, ut in via peregrinationis hujus meæ mortalis illa mihi sit inter aquas cymosura, inter avia manu ductrix, in dubiis consultrix, in omnibus Patrona; ut sic ejus protectione firmato nullus mihi nocere possit inimicus. O Sanctissima Dei, &c *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Pro Deiparæ clientum agonizantium solatio mea hodie offeram.

Moneat te natura ô Dei Mater, moneat potentia, quia quanto potentior, tanto misericordior esse debebis. *B. Petri. Dam.*

Quæstio: An Angelus Josepho Sponsæ innocentiam revelans assumpto corpore id præstiterit?

XXI. DECEMBRIS.

S. Joannes de Matha Ordinis SS. Trinitatis de redemptione captivorum fundator, Christianos è captivitate barbarorum erepturus, dum pro 130. litrum deesset, coram imagine Deiparæ, quam semper è pectore gestabat, flectens eidem necessitatem hanc exposuit, à qua tantum moneræ accepit, quanta redimendis illis captivis suffecit. *Lopez. Chr. Ord.* Gravior est dæmonis captivitas.

S. Joannes captivorum redemptioni additissime, respice me miserum quem tot cupiditates; amor proprius, & pravæ concupiscentiæ captivum tenent, exime his me vinculis tam duris, tamque diuturnis, & ora pro

me Deiparā, ut in eandem servitutem nunquam
ampliùs recidam. O Sanctissima Dei, &c. fol 190.

Ad quod impetrandum: si pro redemptione
captivorum nihil æris conferre possum,
Mariophilis in peccato constitutis oratione
succurrere potero.

Per tuam ô Virgo fœcunditatem ego capti-
vus sum redemptus, per tuum partum Virgi-
neum de morte perpetua sum ereptus, & de
exilio miseræ in patriam beatitudinis sum
reductus. S. Bonav. Ps. 44.

Quæstio: Cur S. Joseph non exquisiverit ex
Virgine, quomodo cõceperit? v. Barri. 10. 1. c. 10.

XXII. DECEMBRIS.

B. Adamus Ord. Cisterciensis, adhuc infans
vixdum verba balbutire poterat, cùm
memoriã tenere *Ave Maria* conatus, illud
totis diebus ore & corde volvebat. Auctã
cum annis pietate etiam noctes diebus addi-
dit, ut suæ in Deiparam pietati faceret satis.
Noctu templum aditurus, cùm fores clausas
invenisset, dicto *Ave* illico patuerunt. *Conon.*
Eadem ad cœli fores clavis est.

B. Adame, cui Deipara sponndit se tuarum
rerum sedulam curam habituram, ora pro
me eandem misericordiæ Matrem, ut salutis
potissimùm meæ curam suscipiat, seque me-
diam inter peccata mea & filii vindictam in-
terponat, ne subitò præoccupatus in die mor-
tis primò quærere incipiam spatium & lo-
cum pœnitentiæ. O Sanctissima Dei, &c. f. 190.

Ad

Ad quod impetrandum: Si mihi optio habitandi offeratur, propius templum Marianum habitare præligam.

Hæc Virgo bona omnia nobis conciliavit, in hac & Deus homo, & homo Deus factus est. quâ quid mirabilius, quid beatius? *S. Joan. Dam. n. 2. de Aff.*

Quæstio: An ex Nazareth in Bethlehem Beatissima Virgo pedes processerit?

XXIII. DECEMBRIS.

S. Victoria Virgo sorori suæ Anatoliæ nuptias persuasura, cum ex ea intelligeret, se jussam à Deipara virginitatem colere, amore Deiparæ pariter & virginitatis accensa idem præstitit, ne tamen in virginitate sterilitatis nomen haberet, 60. alias, quâ monitis, quâ Exemplo ad idem induxit. *Mayr.* Major est virginitatis, quàm conjugii fœcunditas.

S. Victoria, cujus invocationem in carnis tentationibus plures salutarem sunt experti, ora pro me Deiparam, ut tam contra mundi blandimenta, quàm carnis suggestiones, & inferni machinas semper referã victoriam. Hic ejus opẽ imploro, ubi maximè ardua sunt prælia, eaque quotidiana, & rara, nisi Jesus & Maria dent victoriam. *O Sanctissima Dei, &c. fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Sortiar cujus potissimum hodie virtutis imitatione Mariam colere possim.

Ave spes omnium proborum, rebus adversis afflictorum, Ave peccatorum refugium, æ-

que diverforium. *S. Ephrem ser. de B. V.*

Quæstio : An Maria sepulchro liberalior?
Quòd hoc die tertio , illa mense nono Chri-
stum reddiderit? *v. Baeza in Ev. c. 9. §. 3.*

XXIV. DECEMBRIS.

S. Petrus Nosascus , Ordinis B. Mariæ de mer-
cede redemptionis captivorum Fundator,
cui in cunis infanti favū mellis apes in dextra
construxerunt, omen futuræ in vinctos libera-
litas, nam à Deipara comparente didicit sibi,
filiòque suo acceptissimum fore ordinem, què
pro liberandis ab infidelium captivitate fide-
libus meditabatur. *Nad.* Huic placuisse satis est.

S. Petre ora pro me Deiparâ, ut ita vitæ uni-
versæ actiones instituum, ut eas ei, filiòq; pla-
cere intelligam, utque à peccatorum vinculis
me quidem imprimis, tum & alios, quantum
pro viribus possum, liberare adnitar. **O** San-
ctissima DEI, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum : noctem hanc di-
midiam in Deiparæ maternitatis considera-
tione vigilem agam.

Ave portus tranquillissimus, & à fluctibus
procellisque agitatorum liberatrix desidera-
tissima, Ave periclitantium opitulatrix. **B.**
Ephr. ser. de B. V.

Quæstio : Utrùm Christo violentum fuerit
avelli ab utero virginali Deiparæ? *v. Ve. Theol.*
Max. num. 814.

XXV. DECEMBRIS.

S. Eugenia Virgo & Martyr, cum à Parentibus
Ethnicis ad conjugium cogeretur, mutato

vestitu virum & monachū induit; post triennium in Abbatem electa, in tentationibus Dei-
param in auxilium vocatam sensit auxilia-
tricem, criminis falsò accusata statum prodidit, quo intellecto Pater ejus & Mater conver-
si, & martyrio affecti sunt. *Mayr.* Virtus, non
non sexus virum facit.

S. Eugenia ora pro me Deiparam, ut per gau-
dii illius memoriam, quod in admirabili Filii
sui unigeniti partu concepit, sit mihi causa læ-
titiæ, & gratiam largiatur, ne in peccato obsti-
natus perseverem, sed per ejus, quem peperit,
Salvatoris gratiam, post hanc vitam cœlo re-
nascar. O Sanctissima DEI &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: triplici sacro le-
gendo vel audiendo colam Virginem ante
partum, in partu & postpartum.

Tu debilitatis meæ potentia, nuditatis meæ
tegumentum, mendicitatis meæ divitiæ, insa-
nabilium vulnerum medicina, lachrymarum
mearum absterfio. *S. Germ. or. de pres. B. V.*

Quæstio: Quid B. Virgo elegisset, si optio
data fuisset, ut aut originali peccato scdaretur,
aut Dei Mater non esset? *v. Suar. 10. 2. n. 3.
p. disp. 3. sect. 5.*

XXVI. DECEMBRIS.

S. Stephanus Levita, Prothomartyr, plenus
gratiâ & Spiritu Sancto, cui dulces fuerunt
pro Christo lapides; ab Apostolis constitutus
erat, ut fidelibus, quorum omnia erant com-
munia, necessaria ad victum & vestitum sub-

ministraret. Quod idem ille Deiparæ summa cum pietate ac reverentia præstitit. *Beda. Præstat nunc id omnibus Maria.*

S. Stephane gloriose Christi pugil ora pro me Deiparam Alumnam tuam, ut ego unus ex iis esse merear, quorum illa tutelam gerit; habeat illa vitæ meæ necessariorum nunc ita curam, ut salutaris animæ meæ esca mihi morienti non desit in viaticum æternitatis. O Sanctissima Dei, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: pro Deiparæ inimicis convertendis orabo.

Ave gratiâ plena, quæ supercœlestis lætitiæ vas es, nam per te dispensatur gaudium universæ creaturæ, genusq; humanum antiquam humanitatē recuperat. *S. Greg. Thau. l. 2. de Ann.*

Quæstio: Cur Christus non nisi ex Virgine nasci voluerit? *v. Barrad.*

XXVII. DECEMBERIS.

S. Joannes Evangelista, Theologus, Apostolus, Propheta, Virgo, & super hæc omnia discipulus, quem diligebat Jesus æquè ac Maria; semper quidem Deiparam plurimum venerabatur, sed longè id egit impensius, ubi testamento Christi ejus filius factus, ei per omnem reliquam vitam œconomus, custos, sacellanus, filiali semper amore servivit. *Laur. Mase.* Hæc tua quoque Mater erit, si Joannes sis.

S. Joannes dilecte Jesu & Mariæ discipule, meas quæso nunc apud Deiparam partes age, dic: Ecce Mater, adest unus fratrum meorum,
filius

filius tuus, prodigus quidem, sed tu benedic per magnam misericordiam tuam illi. O Sanctissima Dei, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Oraturus hodie rosarium semper ad Ave Maria dicam, Maria Mater Dei, Joannis, & mea, gratiâ plena &c.

Ave humani generis Mater, ave terrigenarum omnium oblectamentum, ave fons gratiæ & totius consolationis. *S. Ephr.*

Quæstio: An Joannes à Jesu, an à Mariâ plus dilectus?

XXVIII. DECEMBRIS.

S. Franciscus Salesius Episcopus, juvenis semper corollam Deiparæ publicè gestavit, quam quotidie, sæpe spatio unius horæ impenso, oravit; effrontem fœminæ blandientis vultum conspuit; hunc de prædestinatione anxium Dei Mater est consolata. Orans coram ea cor suum in ara velut victimam deposuit. *Vita.* Hoc solum dignum est Mariâ munus.

S. Franciscus, in cujus pectore cor Seraphini absconditum, pio ingenio, per suspiria se prodidit, exerce in me charitatem, ora pro me Deiparam, ut sanctam & salutarem de salute mea sollicitudinem mihi injiciat, ut negotium hoc omnium maximum cautè tractem, cui soli periculum subest immedicabile. O Sanctissima Dei, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Licet me non salvandum scirem, intensius tamen adhuc Mariam amare proponerem.

Maria Paradysus est voluptatis, quem Deus omnibus gratiæ delictis cumulavit? *S. Petr. Dam.*

Quæstio: Quali die hebdomadæ Christum Deipara peperit? *v. Barr. tr. 1. c. 10.*

XXIX. DECEMBRIS.

S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis, adhuc adolescens à Deipara capsulam dono accepit, in qua casula inclusa fuit: aliàs eum in reficiendo cilicio, quod longo usu attriverat, juvit. Dum quotidie 7. ejus gaudia totidem orationibus colebat, à Deipara didicit ea gaudia quoque colenda esse, quæ nunc in cælo habet, suamque hoc præstituris opem est pollicita. *Vita.* Juxta meriti quantitatem ibi gaudia mensurantur.

S. Thoma tantis à Deipara favoribus prævente, ora pro me, ut carnem meam spiritui subicere, sensualitati mortificatione contraire discam, ut spiritus dominetur nunc corpori, sicque æternùm triumphet in cælis. *O Sanctissima Dei, &c. fol. 190.*

Ad quod impetrandum: 7. Ave Maria, in eorum quæ in terra habuit, & totidem in eorum quæ nunc in cælo Deipara habet, gaudiorum memoriam dicam.

Hæc Regina misericordiæ est. Domina mundi, Regina cælorum, lumen cæcorum. Justorum gloria, peccatorum venia, desperatorum reparatio, salus orbis. *S. Bern. c. in Salv.*

Reg.

Quæ

Quæstio : An in stabulo Deiparæ Angeli
visibiliter serviverint?

XXX. DECEMBRIS.

S. Eguinus Episcopus fugit hominum mul-
titudinem , ut in solitudine ab omnibus
abstractus impensius Mariæ amori & cultui
serviret , quæ ingenti SS. Virginum numero
stipata ctucem manu gestans eum invisere
dignata , eidem signo crucis benedixit , quo
loco monasterium ejusdem honori condi vo-
luit. *Gonon. an. 724.* Sic hæc nos visitat, ut nos
hanc colimus.

S Eguine ora pro me Deiparam benedi-
ctam inter omnes mulieres , ut saltem unam
ab ea in vita benedictionem obtineam , inde
veniet auxilium mihi , & omne bonum. ☉
Sanctissima Dei, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum : hebdomadam
agam Marianam ; die Dominico eam ut man-
cipium Dominam , Lunæ ut Cliens Advocata-
tam, Martis ut æger Opitulatricem , Mercurii,
ut mendicus Reginam, Jovis ut reus Reconci-
liatricem , Veneris ut desolatus Consolatri-
cem, sabbathi ut filius Matrem colam.

Per Mariam speramus nos posse conse-
qui, quidquid totius bonitatis factor dignatus
fuerit gratiæ nobis impertiri. *S. Bern. sup. Salvo
Reg.*

Quæstio: An Deipara in extasim rapta Chri-
stum pepererit?

S. Sylvester, qui Constantinum leprâ munda-
vit, pietatem suam in Deiparam firmatu-
rus templum eidem dedicavit dictum S. *MAR-
IA libera nos à pœnis inferni*, & ejusdem
templi aram multis reliquiis repositis sanctis-
simæ DEI Genitrici dicavit. *Baron.* Hæc ulti-
ma & optima petitio.

S. Sylvester, dum vitam meam, prout nunc
annum, terminaturus sum, horreo quoties co-
gito quàm lata & spatiosa via sit, quæ ducit ad
interitum, quàmque multi eant per illam: ideo
te per *MARIÆ* amorem rogo, ut pro me apud
Deiparam intercedas, ut per ejus magna meri-
ta & intercessionem liberer à pœnis inferni.
Amen. O Sanctissima DEI, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: me examinabo
quomodo hoc anno me in amore Deiparæ
gesserim, an defecerim vel profecerim. Deipa-
ræ, tanquam Intermediatrici, per quam om-
nia nos Deus habere voluit, gratias agam pro
omnibus totius anni beneficiis.

Salutem Maria corporibus, & animis me-
delam afferebat, potens suscitare à morte car-
nis & animæ: quis unquam ab ea æger vel
tristis aut cœlestium mysteriorum ignarus
abiit. S. *Amad. hom. 7. de laud. B. V.*

Quæstio: Utrum B. Virgo in die Judicii pa-
riter judicanda sit? v. *Vega Theol. Mar. n. 884.*

ACTUS

ACTUS VIRTUTUM

*Fidei, Spei, Charitatis, Contritionis, Religionis,
Gratitudinis, Resignationis, &c. utilis-
simè eliciendi, à sanis & mori-
bundis.*

Credo firmissimè, quidquid Ecclesia Catho-
lica credendum proponit, & quidem in
specie ac nominatim; credo esse unum Deum
&c. (*inferantur, quæ scitu sunt necessaria ne-
cessitate mediæ, si putentur infirmo minus esse
nota*) & hæc quidem omnia ideo indubitan-
ter credo, & teneo, quia Deus meus hæc reve-
lavit, qui in verbis suis nec fallere potest, cum
sit æterna veritas, nec falli, cum sit omniscius.
Spero insuper à Deo meo æternam beatitudi-
nem, omniâque mediæ ad hanc obtinendam
necessaria: idque ideo, quia tu Deus hæc mihi
benignissimè promisisti, qui verax es in pro-
missis tuis, & ad promissa implenda omnino
potens. Amo te quoque Deus meus super
omnia, & plus quàm me, quia tu summum &
maximum bonum es. Quidquid amavi in
hoc mundo, aut amare potui, idcirco amavi,
quia bonum erat: tu, mi Deus, es maximum
bo-

bonum, quod omnium creaturarum pulchritudinem, suavitatem, bonitatem infinitis modis excedit, adeoque super omnes creaturas ob suam infinitam bonitatem omni amore dignissimum; Ac proinde tametsi nullum foret cælum, in quo te fruerer, nullus infernus, quem timerem, te tamen Deum meum ob infinitam bonitatem tuam intimè amo & diligo supra me ipsum, & omnia: doleoque ex toto corde, quod te summum bonum omni amore dignissimum unquam offenderim, cum firmissimo proposito te, ô mi Deus! ô omne bonum: nunquam offendendi. Amo quoque proximos meos, imò & inimicos meos ad tui imaginem à te creatos: idque propter te Deum meum, quia tu vis & præcipis hos amari à me. Unde ex amore tui omnibus ex corde ignosco, qui me unquam offenderunt, aut contristârunt; optoque ex corde, ut pro malis, quibus me affecerunt, omne illis bonam benignè retribuas. O mi Deus! si omnia possible corda in mea forent potestate, vellem his ipsis in te credere, & sperare, te super omnia diligere & proximum propter te, summèque dolere de te immenso bono unquam à me offenso. Revereor te quoque, omnemque tibi honorem ac cultum ex corde deferro, ô omni honore dignissima Deitas! in super immensas tibi refero grates, Deus meus, qui es infinita largitas, pro universis & singulis
 bene-

beneficiis, quæ à principio vitæ meæ usque ad hoc momentum in me indignissimum contulisti. In manus tuas ô paterna pietas ac providentia! quæ in sui dispositione non fallitur, me, omniâque mea perfectè resigno. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: tua sancta, justa & benevola voluntas semper & in omnibus sit quoque mea. Calicem, quem dat mihi Pater, mei amantissimus, licet amarum, non recusò ebibere cum JESU, ejusque doloribus jungo meos, atque sic unitos Patræ cælesti pro peccatis à me commissis, pro salute animæ meæ, pro refrigerio animarum in purgatorio, pro conversione peccatorum, gentilium ac infidelium, ex corde offero. Deus meus, amor meus, hoc est filiale desiderium meum, ut cor meum omnesque arteriæ meæ diu nocturneque nil aliud pulsent, quam continuas tuas laudes, & gratiarum actiones. O morienti mihi sint hæ ultimæ voces, JESUS, MARIA, JOSEPH. Inter brachia Josephi Patroni mei, in sinu amantissimæ Matris ac Advocatæ meæ B. Virginis, in vulneribus Domini mei pro me Crucifixi vivere ac mori desidero.

S U S P I R I U M.

Dulcissime JESU, per illam amaritudinem, quam sustinuisti propter me in cruce, maximè, quando anima tua benedicta egressa est de corpore tuo miserere animæ meæ in egressu suo. Amen. *Vide Cesar.*

[PRO-

15 374 51
PROTESTATIONES

semper valiturae.

Pro articulo mortis.

EGO N. humi prostratus ante Crucifixi imaginem protestor & profiteor coram gloriosissima Virgine Maria totaque curia caelesti, velle me vivere & mori in ea fide, quam tenet sancta Romana Ecclesia, iisque omnibus, quae haec à Spiritu S. edocta unquam statuerit, & credenda proposuerit, tam firmiter adherere, ut si, quod Deus avertat, minimum huic fidei contrarium, suggerente diabolo facerem, id ipsum vi hujus revocem & annullem.

2. Hac ultimam meam voluntate declaro, quod ante mortem poenitentiae Sacramento muniri desiderem: quod si fieri id non posset, Confiteor nunc pro tunc in corde meo, veniam à Deo meo supplex peto cum summo dolore ob Deum offensum summum bonum meum, sancteque propono, mori me malle, & omnia tormenta subire, quam animo deliberato Deum posthac offendere & in priora peccata relabi.

3. In fine vitae ardentissime desidero in vaticum suscipere creatorem meum, illi perfectissime uniri, illi ex animo gratias agere, veniamque precari, pro toties iterata &
in-

indigna ejus sumptione. Quòd si contingeret, hoc viatico me privari, modo illud spiritali tunc suscipiam, petòq; humillimè à benignissimo Servatore meo, ut ejus gratiâ & patrocinio adversus hostes defensus, supremam mortis luctam feliciter evadam.

4. Muniri etiam desidero Sacramento extremæ unctiois, à quo, si præter spem prohiberer, Redemptorem meum enixè rogo & obtestor, ut eo tempore animam meam, eâ, quâ opus est, gratiâ confirmet.

5. Protestor, quod nullâ Dæmonis tentatione desperare velim de Dei misericordia, non obstante scelerum meorum numero, pondere & mensurâ, sed confusus Christi meritis & plenissimus fiduciâ sperare infinitam Dei misericordiam & gratiam, quam in alios tot liberalissimè profudit.

6. Confiteor, quòd, si opus ullum æternæ vitæ meritorium feci, id absque speciali Dei gratia non potuerim, ac proinde non meis, sed dulcissimi Servatoris mei, meritis & sanguini confido, pro me misero in ligno crucis effuso.

7. Protestor, velle me omnes morbi dolores & angustias mortis, quas Deus immiserit, æquo & patienti animo ferre, forèque mihi impatientiam omnem, quæ forsitan se proder, involuntariam,

8. Condone libenter amore Jesu pro nunc & tunc omnibus & singulis omnes injurias & offensas mihi factas, sicuti meas ab aliis peto condonari.

9. Gratias ago immortales Bonitati divinæ pro omnibus in me totâ vitâ collatis beneficiis, præsertim creatione, redemptione, vocatione ad fidem &c. N. N. N.

10. Omnes indulgentias lucrari cupio, quas Pontifices pro isto articulo concesserunt. Mori etiam exopto in actuali exercitio Fidei, Spei, Charitatis & contritionis perfectæ cum invocatione SS. Nominis Jesu & Mariæ.

11. Gloriosissimam Virginem Mariam exultatricem volo & eligo hujus ultimæ voluntatis meæ! non negabit, spero, hanc gratiam illa à tot annis lectissima Mater ac Patrona mea. Petere non aûsim, ut dulci præsentia suâ in mortis lucta assistat indigno, opto tamen animitus, petoque, ut mei tunc memoratissimum filium suum pro me exoret, ut animam eò perducatur, ubi misericordias ejus æternùm decantet.

12. Eligo hodie in Patronos SS. N. N. N. ut in morte me defendant. Angelum meum Tutelarem ducem volo animæ meæ, Deo Judici sistendæ, eamque rogo, ut pro more suo & amore in Clientem suum beneficia ultima illi fideliter præstet, eamque demum ad

cælestem patriam perducatur, ubi me gratum exhibebo.

13. Per viscera misericordiae Dei ac Domini nostri Jesu Christi, & per pietissimam misericordiam ter benedictae Virginis Matris Mariae cognatos & notos omnes oro atque obtestor, ut à morte precibus & sacrificiis suis animae meae misericordiam exorent, ignorantes, quae fors mihi obtigerit in alio orbe. Pro quo charitatis obsequio, gratum me fore apud Deum, promitto.

Protestor, quod nunquam consentire velim Daemonis tentationibus & confirmo voluntatis divinae dispositionem tam circa animam quam circa corpus meum.

15. Lego & integrè trado animam meam Salvatori meo Jesu Christo, utpote ipsius sacratissimi sanguinis pretio redemptam.

16. Tandem ô beatissima Trinitas! coram Te & universa curia caelesti profiteor & protestor, omne, quod hic positum, esse ultimam sinceramque voluntatem meam, proinde supplex à Te Crucifixe JESU ardentissimè peto, ut hasce tabulas ultimae voluntatis meae, Sanctissimi nominis tui subscriptione confirmare, & impressione sigilli sacratissimorum quinque vulnerum tuorum obsignare digneris. Similiter obtestor Te ô Beatissima Virgo Maria, Domina ac Patrona mea, & Te mi Angele Custos, vosque ô Patro-

troni mei N.N.N. ut testes hujus voluntatis
meæ ultimæ esse velitis, cujus copiam proprii
nominis mei subscriptione consignatâ, in hoc
libello assertare volui, ut Deo & hominibus
notum sit; ad quem corpore & animâ per-
tineam, & quomodo vivere & mori percipi-
am. N. N.

*Ad majorem DEI Gloriam, San-
ctissima Matris agonizantium ho-
norem, & sanctum agonis sola-
tium. Pro gratia finali.
Amen! Amen! Amen!*

Hymnus de 7 Gaudijs B.V.M

Gaude Virgo Mater Christi =

quia Iesum concepisti . . .

Gabriele Nuncio . . .

Ergo Mater fac salve me . . .

Nam quod matrem te facit

Recta poscit ratio . . .

Gaudium 2^o tum . . .

Gaude mater Deo plena . . .

Prolem paris sine poena . . .

Casto puerperio . . .

Eia Virgo per amoena . . .

Castam natum mens serena . . .

stringat desiderio . . .

Gaudium 3^o tum . . .

Gaude quod ab oriente . . .

Magi stellam prælucente . . .

Dona ferunt filio . . .

fac donemur pietate . . .

fide, spe, et charitate . . .

Cum pudoris lilio . . .

Gaudium Quartum
Gande quia dulcis Nati . . .
quem vidisti mortem pati . . .
fulget Resurrectio
fac ab imo vitiorum
Surgat mens, et supernorum
Gustum spiret actio

Gaudium Quintum
Gande coelos Ascendente . . .
Nato, vides quem repente . . .
Motu ferri proprio
Via Vitæ restituta
quam post Natum tu secuta
fac sequamur serio

Gaudium Sextum
Gande quia Paracletus
Missu coeio, Novos foetus . . .
igne format Entheco
igne sacri nos amoris
ac accendi, ne laboris
Capiamur tædio

Gaudium Septimum

Gaude quæ post Cœlum secundi
Astra coeli, fis, ve grandis.
Filiij consortio
O fac fructu Ventris tui
per te Nobis detur Crui
In Perenni Gaudio. Amen





J
Th
2965